BIBLIOTECA NAZIONALE VIT. EMANUELE ROMA
1
56 -G
12

Registrato Completo
A.C

1. 56. G. 12



LAVDENSIVM STATVTA,

SEV

IVRA MVNICIPALIA.

Quibus additus est index, quo, quicquid in ipsis continetur, nulla mora, nulloque negotio sciri potest.



LAVDE POMPEIA,

Apud Vincentium Taietum, M D Lxxxvi.

AD ILLVSTRES DECVRIONES LAVDENSES,

VINCENTIVS TAIETVS.

CVM vnaquæq; bene instituta Ciuitas non solum iure communi, sed propriis regatur legibus, eaq; iura,& leges sibi præscribat, vt & quę eligenda,& quę vitanda sint ciuibus, & quibus pręmiis boni afficiendi,& quibus pœnis plectendi sint mali,& demum quid vnicuiq; tribuendum sit,vnusquisq; nó ignoret, huius optimi,& antiqui instituti haud ignari maiores vestri, Illustres Decuriones,hæc tam optima,tamq; bene instituta, ac propè diuina iura municipalia, quæ statuta vulgò appellantur,condidere, condita in vnum colligere,collecta omnibus diuulganda operæpretium duxere, quæ cum iam temporis iniuria apud paucos,vel manu scripta, vel Typis impressa, hæcque vel carie confecta, vel puluere obducto obliterata reperirentur, multorum Ciuium precibus impulsus, assiduisque forum sectantium efflagitationibus coactus, vt omnium petitioni, & causarum agentium voto consultum esset, hæc eademmet Typis nostris imprimenda curaui, Quamobrem cum hæc sint Maiorum vestrorum benemerita opera, & in Ciuitate vestra impressa, & per impressorem vestrum laborata, iure quodam hæreditario, & debito vobis debentur. Hunc igitur laborem, hoc munus meum,quale id cunq; sit, meq; ipsum vobis,

bis, Ill. Decur. in quorum manibus omnia mea sunt, qui tenuiorem fortunã meam liberalitate vestra semper sustentastis, qui mea studia, & labores nunquam fouere, atque excitare destitistis. do, offero, atque dedico. Valete. Et Vincentium iampridem vestrum, qui vos omnes plurimum colit, & obseruat, plurimum diligite, Laude Pompeia xiiij. Kalendas Octobris, M D LXXXVI.

INDEX STATVTORVM LAVDAE.

A

Aqua

Aqua

Captiuus

Index Statutorum Laudæ.

Custodis

Crimina-

D

Index statutorum Laudæ.

Expensa-

E

Fuge

L

Ibis

M

Malefici

Notarij

O

Ordina-

Putei

Index Statutorum Laudæ.

b 3 Pena

Pontium

Pœna

Procura-

Rugijs

S

Index ſtatutorum Laudæ.

Sacra-

Seruitorum

Theſaurea

T

Taber-

V

FINIS.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

HAEC SVNT STATVTA ET ordinamenta Ciuitatis Laudæ, facta & ordinata tempore, & sub felici regimine dominationis Illustris Principis ac Magnifici & excelsi D. D. Galeaz Vicecomitis D. Mediolani &c. Comitis virtutum Imperialis Vicarij Generalis.

IN NOMINE Domini & Sanctæ & Indiuidue Trinitatis, & gloriosæ, & Intemeratæ Virginis Mariæ & Apostolorum Petri & Pauli, & preciosissimi defensoris confessoris & protectoris communis Ciuitatis Laudæ, S. Bassiani necnon omnium sanctorum & sanctarũ totiusq; celestis curiæ, & ad honorem & reuerentiã & exaltationem Illustris Principis Magnifici, & excelsi D. D. Galeaz Vicecomitis, Comitis virtutum Imperialis Vicarij generalis: ac Mediolani, Laudæ, Cumarum, Verzellarum, Nouariæ, Terdonæ, Alexandriæ, Bobii, Placentiæ, Papiæ, Pergami, Cremonæ, Parmæ, Regij, Brixiæ, Veronæ, Paduæ, Vicentiæ, Feltri, & Ciuitas Beloni, perpetui & generalis Domini & ad bonum pacificum, & tranquillum statum ciuitatis, & communis Laudæ infrascripta sunt statuta & ordinamenta: ciuitatis, & communis Laudæ præ

dictorum. Composita facta & correcta per sapientes & discretos viros dominos Iocobum de Richardis Iuris peritum: Galuzinum codecaxam: Francischinum de Ricardis, Iohaninum de Micholis Serpegalum Brugacium: Vbicinum Cagamostum: Bassianum de meleto, Antonium Lauauegiam, Bassianũ Brachum, Bartholomeum Adelardum, & Laffranchum de Muronibus ciues Laudæ & scripta per Iohaninum de Fixiraga, Aluisium de Habonis, Ambrosium de Micholis & Vaninum de Vegiis, Notarios ad hæc electos & deputatos, Anno Natiuitatis Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo. Indictione tertiadecima de mense Ianuarii ipsius Anni: tempore Regiminis Nobilis & egregii viri Domini Alberti de Verme, ciuitatis & districtus Laudæ honorabilis Potestatis, & Capitaneii pro dicto Illustre Principe Magnifico, & excelso D. D. Comite virtutum Imperiali Vicario generale vt supra.

¶ De auctoritate domini & de pœna facientium contra statum pacificum præfati domini. Statut. I.

CVM Laudensis ciuitas hactenus fuerit diuersis discriminibus lacerata multipliciter, & concussa: Ipsiusque vnitatem amiserit, & sic fisci extiterit multisque pariunt vnde de populationes; ruine & strages multaq; enormia; Surrexerunt & in posterum grauiora. Insurgere potuissent nisi de alto respexisset omnipotens: eique gratiosum refugium ministrasset Impendissetq;

eidem dominum proparasſetq; potentiam ſub qua
ita quiete viueret, ſicut erat hactenus paſſa ruinam,
idcirco vt ſub pacis auctore, quieta pace fruantur: di-
ſtantq; Ciues monſtrante auctore pacis: (Viam pa-
cem obſeruare perpetuam, vt qui ipſam largitus eſt,
ipſam obſeruare dignetur prædicti ſtatutarij ſtatue-
runt, & ordinauerunt, ac decreuerunt inuiolabiliter
obſeruari) hac lege Deo propitio, perpetuo valitura
q; Illuſtris Princeps, & excelſus dominus noſter Ga-
leaz Vicecomes Mediolani &c. Comes virtutum, &
Ciuitatum Mediolani Laudæ &c. Imperialis Vica-
rius generalis intelligatur eſſe, & ſit perpetuus, & ge-
neralis dominus ciuitatis Laudę, & Epiſcopatus eiuſ-
dem ita, & taliter quòd idem dñs Galeaz comes vir-
tutum vt ſupra per ſe vel cui commiſſerit, vel com-
miſit in dicta ciuitate, & Epiſcopatu eiuſdẽ habeat,
& exercere poſsit merum, & mixtum Imperiũ iuriſ-
dictionem omnimodã, & bayliam ſimplicem, & ab-
ſolutam puram, & liberam, quam & quod ipſum cõ-
mune, & populus dictæ Ciuitatis, & diſtrictus eiuſdẽ
habeat, & habere dignoſcebatur in dicta Ciuitate, &
eius Epiſcopatu tàm de conſuetudine, quàm de iure
tempore, quo pręfatus Illuſtris Princeps, & dominus
adeptus eſt Dominium dictæ Ciuitatis, & eius Epi-
ſcopatus quod fuit Anno Domini curſo. Milleſimo
trecenteſimo octuageſimo quinto, Indictione octa-
ua die fœliciſsimo nono menſis maij: Cum poſsi-
bilitate quam idem commune, & populus habebat
in expendendis pecuniis datiis, vendendis, imponen
dis vectigalibus dignitatibus, & offitiis concedendis,
& exigendis pecuniis, & imponendis, & fluminibus,

& aquæductibus piſcationibus, & nemoribus: habere dignoſcebatur, & in ipſum Magnificũ, & Illuſtrẽ Principem dominum noſtrum &c. Omne dominiũ auctoritatem, & Imperium dicti communis, & populi tranſtulerunt ita quòd, quicquid idem Illuſtris Princeps: & dominus iuſsit, & iuſſerit vel præcepit ſeu pręceperit per litteras vel alio modo, pro lege perpetua debeat obſeruari: & ne domum pacis præfacti Domini noſtri diuinitus eidem ciuitati collatũ violetur, temeraria auctoritate cuiuſcunque, ſtatuerunt, & ordinauerunt quòd quicunque de dicta ciuitate, Epiſcopatu vel aliunde contra prædictum Illuſtrem Principem, & dominum, vel ſtatum præſentem: pacificum aliquod attentaret, faceret, committeret, vel tractaret, vel attentanti facienti (commitenti) vel tractanti (commiſſum vel factum) ipſe Illuſtris Princeps, & Magnificus dominus vel ſtatus pacificus præſens videretur recipere iniuriam vel offenſam, per mutationem vel diminutionem, honoris vel iuriſdictionis, vel qui illicò cum ſciuerit per litteras, vel alio modo aliquos prædicta tractantes facientes præſumentes vel attentantes ipſi Illuſtri Principi, & domino vel Poteſtati eius, infra ſecundam diem Saltim non manifeſtauerit in auere, & perſona arbitrio ipſius domini inremiſcibiliter puniatur facti, & perſonarum qualitate penſatis.

¶Sacramentum poteſtatis Laudæ, & eius familiæ. Statut. 2.

EGo Poteſtas Ciuitatis diſtrictus Laudæ: iuro ſuper ſancta Dei Euangelia corporaliter tactis ma-

nu

nu ſcripturis quòd bona fide, ſine vlla fraude regam guidabo, & gubernabo gentem Ciuitatis Laudæ, & quæ per ciuitatem, & diſtrictum Laudæ diſtringuntur tàm Clericos, quàm Laycos quantum ſpectat ad iuriſdictionem Poteſtatis; & Religioſos ſecundum, quòd mihi melius viſum fuerit: ad maiorem vtilitatem, & honorem Communis Laudæ, & ſecundum leges ſtatuta, & ordinamenta conſilia, & conſuetudines Ciuitatis prædictæ, & manutenebo, adiuuabo, protegam, & deffendam, & manuteneri, adiuuari, protegi, & deffendi faciam omnes de mea familia, Illuſtrem Principem ac Magnificum, & excelſum Dominum D. noſtrum Galeáz Vicecomitem Comitem virtutum Mediolani &c. Imperialem Vicarium Generalem prædictum cum omni ſuo honore, & ſtatu, & non dabo neç dari permitam conſilium nec iuuamen alicui eius rebelli, vel bannito, & ſi in aliquo contrafecero, vel contrafactum fuerit, ſindicer pro qualibet vice de meo ſalario in libris centum Imperialium, & vltra ad arbitrium præfati Domini. Et ego bona fide ſine fraude: dabo operam ad inueniē-dum pacem, & concordiam inter homines Ciuitatis prædictæ iuriſdictionis, diſtrictus Laudæ, & inuentam ſeu factam manutenendam, & obſeruandam operam dabo, non ſuſpecto odio, vel amore, damno vel proficuo meo vel alterius, & bona fide ſine fraude, manutenendo obſeruabo protegam, & deffendam (Iura honores, & iuriſdictionem, & rationes Communis Laudæ) Epiſcopatus, & iuriſdictionis eiuſdem, nec ea ſine conſilio generali Communis Laudæ collecto ad ſonum campanarum vt moris eſt

totius vel maioris partis remitam (& bona fide sine fraude) conseruabo, & conseruari faciam pecuniam, & alias res, & iura communis Laudæ, quæ occasione dicti communis, & nomine ipsius, & mei offitii in me vel in meum officium peruenerint nec fraudem nec furtum fieri aliquo modo cõscientiam nec permitam, & si aliquem fecisse sciuero vel inuenero, primam & manifestabo Sapientibus de consilio Laudensi, infra octo dies, & non faciam nec fieri permitam, nec cõscientiam donum nec datum fraudolenter de rebus, & iuribus Communis Laudæ (nec in meam propriam vtilitatem expendam permittam nec conscientiam) & non permittam aliquem extraneum vel aliquam aliam personam ædificare nec redificare turrim, nec castrum, nec aliquã fortilitiam in Episcopatu iurisdictione, nec districtu Laudæ, & si factum fuerit aliquod prædictorum bona fide sine fraude dabo operam efficacem vt destruantur omnia prædicta, & hoc Statutum sit precisum, & non possit remitti per aliquam personam Ciuitatis, & districtus Laudæ facere nec, inde consilium faciam nec fieri permittam aliquo modo, & insuper non permittam aliquam personam, Ciuitatis & districtus Laudæ facere, ædificari, nec redificari aliquam fortilitiã in Episcopatu vel districtu Laudæ modo aliquo, vel ingenio, & teneor modis omnibus prohibere quemlibet facientem, vel facere volentem dictas fortilitias (& si non prohiberem, & facere permitterem. Sindicer de meo salario de libris centum Imperialium pro qualibet vice.) Et nihilominus teneor destruere, & destrui facere di-

ctam

ctam fortilitiam, & fodrum quod impositum fuerit, super homines Laudæ Episcopatus iurisdictionis,& districtus vel aliquam aliam pecuniam, Communis Laudæ, in me non recipiam nec recipere permittam vel consentiam aliquem de mea familia, & omnia quæ ex ipso fodro exacta fuerint,intra octo dies thesaurario Communis Laudæ, consignabo, & consignari faciam, & ipsum fodrum Impositum, & alia debita,& debenda dicto cōmuni bona fide sine fraude dabo operam vt exigantur, nec ipsum fodrum vel debitum remittam nec remitti faciam nec conscentiam,nec permittam,nec exactum reddam, nec reddi permittam faciam,nec cōscentiam aliquod fodrū nec præstitū,nec aliquas aliàs Eoleas specialiter, nec aliquibus certis personis imponi, nec fieri permittam,nec conscentiam. Illo casu, nisi generaliter super omnes personas Ciuitatis Episcopatus, & districtus Laudæ impositum fuerit, & vnicuique Iustitiā ministrabo, & ministrari faciam secundum statuta, & ordinamenta dictę Ciuitatis,& ipsis deficientibus secundum iura communia partium omni exceptione remota: & ipsa statuta,& ordinamenta, in omnibus obseruabo,& obseruari faciam, Saluis semper literis, & mandatis præfacti domini.

¶ Quod nullus forensis qui steterit in offitio Laudæ, posit exercere offitium vsque ad quinquenium. Stat. 3.

ITEM Statuit communi Laudæ ꝙ nullus forensis possit esse in aliquo offitio, Ciuitatis Laudæ,

vſque ad annos quinque proximos, poſtquam aliquod offitium exercuerit in dicta Ciuitate, & caſſus fuerit ab offitio.

¶Idem intelligatur de Barouariis domini poteſtatis, & aliorum offitialium, Ciuitatis Laudæ forenſium.

¶Quod nullus Ciuis, vel diſtrictualis Laudæ, poſsit eſſe Barouarius. Stat. 4.

ITEM Statuit Commune Laudæ, quòd nullus qui ſit oriundus de Ciuitate vel diſtrictu Laudæ, poſſit eſſe Barouarias domini poteſtatis, nec alterius offitialis Communis Laudæ.

¶Quod poteſtas teneatur facere exemplare cõdemnationes antequam legantur, & eas dari facere notario deputato ad Cameram armatij. Statut. 5.

ITEM Statuit Commune Laudæ, quòd notarij Communis, & alij notarii offitialiũ, qui condemnationes aliquas faciunt teneantur omnes condemnationes, & banna quæ fierent per dominum poteſtatem Laudæ, vel per alios offitiales, exemplare vel exemplari facere, & dictum exemplum conſignare, ſubſcriptum offitiali Cameræ armatii antequam publicentur, & quilibet Notarius, qui non obſeruauerit prædicta condemnatus ſit, & eſſe intelligatur ipſo iure, & facto in libris decem tertiolorum pro qualibet vice.

¶ Quod poteſtas, & eius Iudices, & familia teneantur quolibet die aſcendere pallatium. Stat. 6.

STATVIMVS, quòd poteſtas, & eius Iudices ſacramento teneantur quolibet die iuridico venire in pallatio bis in die, horis veſperarum, & tertiarum, & ibi ſtare, Scilicet in mane vſque ad tertiam; & à campana quæ pulſatur poſt nonam, vſque ad veſperas; Niſi remanſerint. Iuſto Dei impedimento, vel pro ſpetialibus negotiis Communis Laudæ.

¶ Eodem modo teneantur Conſules Iuſtitiæ venire, & Stare in Burleto, Laudenſi pro iure reddendo.

¶ De electione duodecim Sapientum, & eorum offitio. Stat. 7.

STATVIMVS, quod per dominum poteſtatem cum conſilio Sapientum, Præſidentium negotiis Communis Laudæ, vel qui pro tempore præſidebunt, elligantur duodecim Sapientes qui præſint negotiis dicti Communis ſimul cum poteſtate, vel eius Vicario, quorum offitium duret per menſes duos, & quilibet vacet ſaltem à dicto offitio, per menſes duos, qui habeant auctoritatem ſimul cum Poteſtate vel eius Vicario prouiſionis reformationes & ordinamenta, condendi, rationes dicti Communis videndi apodoxias, ſeu buletas pecuniarum communis expendendarum faciendi bonum, & pacificum

cum ſtatum manutenendi, & omnino alia, & ſingula faciendi, quæ crediderint eſſe vtilia pro communi, & quicquid, per eos vel maiorem partem ipſorum factum fuerit plenam obtineat firmitatem, ac ſi per conſilium generale, vel totum Commune Laudæ factum foret, obtenta confirmatione à præfacto Magnifico Domino, & nullus poſsit eſſe de numero dictorum duodecim niſi fuerit ætatis annorum vigintiquinque ad minus.

¶Quod poteſtas teneatur facere conſilium de conſortio gratis Sancti Baſsiani. Statut. 8.

STATVIMVS quòd poteſtas Sacramento teneatur fieri facere conſilium, duodecim Sapientum Communi Laudæ; infra menſem poſtquam, intrauerit ſuum Regimen de Conſortio gratis, Beati Baſsiani protectoris Laudenſis, & de poſſeſsionibus, & iuribus ipſius Conſortii, & ſecundum quòd conſilio placuerit (obſeruato, & obſeruare facere teneatur,) & quòd dicti officiales non poſsint compelli ad faciendum aliquam expenſam, inſolitam nec ad reddendum aliquam rationem, niſi quatenus fuerit ordinatum per dictos Dominos duodecim Sapientes.

Quod

¶Quod poteſtas teneatur compellere debitores gratis. Statut. 9.

STATVIMVS, quòd poteſtas, & eius Iudices ſacramento teneantur compellere quoſcunque debitores conſortii ſeu laborerii gratis Sancti Baſsiani, quemadmodum tenetur compellere debitores, communis Laudæ, (& hoc ſummariè, & ſine litigio, & ſine libello,) & ſine petitione, (& hoc quotiens per offitiales ſeu miniſtros, dictæ gratis vel aliquem eorum fuerit requiſitum,) vel aliquis eorum fuerit requiſitus.

¶De bonis gratis defendendis, & manutenendis. Stat. 10.

ITEM Statuit Commune Laudæ, ꝙ dominus poteſtas Laudæ, & quilibet ex iudicibus ſuis, cũ per offitiales conſortii ſeu labortii gratis, fuerit requiſitum teneatur ſtatim, & ſine aliquo litigio, & ſine ſtrepitu compellere quoſcunq; tenentes de bonis dictæ gratis, ſeu dicti laborerii, ad ſoluendum quæcunque ficta quæ ſolui conſueuerunt pro ipſis bonis, ſecundũ ꝙ ſcriptum eſt in libris dictorum laborerii, & gratis, & ad recipiẽdum inueſtituram de ipſis bonis aut ad dimittendum, & relaxandũ ipſa bona, & intelligantur bona laborerii, & gratis ea quę ſcripta ſunt in libris cartę exiſtentibus pęnes eos offitiales, & ſi aliqui ex poſsidentibus de dictis bonis oſtenderent legitimis documentis habuiſſe titulum de dictis bonis in toto, vel in parte: ab aliqua perſona, ꝙ ille talis poſsidẽs, prius facta per ipsũ relaxatione vel recepta,

Inueſti-

Inuestitura vt supra, habeat actionem, & regressum efficacem de euictione contra talem datorem suum quemadmodum haberet si ipsa bona ab eo essent rectè, & iuridicè euicta, & prædicta locum habeant si dicta bona etiam per plures manus ambulassent.

¶ Quod potestas teneatur accipere bonam cautionem à Campsoribus. Statut. 11.

STATVIMVS quòd potestas Sacramento, teneatur infra mensem postquã, intrauerit regimen suũ accipere à Campsoribus Laudæ bonam, & idonea cautionem, de restituendo pecuniam quæ deposita fuerit ad tabulas suas tam pro communi quam pro singularibus personis, & notarij cõmunis Laudę Sacramento teneantur, & in pœna librarum decem Imper. scribere ipsas securitates in vno libro, & eas date officialibus Camerę armatii. Ita quòd quilibet volens, eas libere posit habere,

¶ Quod potestas teneať circare, & circari facere fossata, & terralia, ripas & vias Ciuitatis, & Burgorum Laudæ. Stat. 12.

STATVIMVS, ꝙ potestas Laudæ teneatur quolibet mense sui regiminis circare seu circari facere per se vel familiam suam, fossata terralia ripas, & vias Ciuitatis, & Burgorum Laudæ, & si quem inuenerit contrafecisse formæ statutorum super his æditorum condemnare, & punire teneatur secundum formam ipsorum statutorum.

¶ Quod potestas teneatur manutenere, & deffendere fossata circhæ nouæ Burg. Laudeñ. Stat. 13.

STATVIMVS ꝙ potestas teneatur manutenere, & deffen-

deffendere fossata circhæ nouæ burgorum Laudæ: quæ fossata sunt communis Laudæ; Scilicet à cantono sablæ vsque ad cantonũ, circhæ burgi portæ Cremonensis: vbi inceptum fuit castrũ, hactenus supra Syluam gregam: quæ fossata,& ripæ fossati, & terralium totum sunt communis Laudæ,& empta est terra per cõmune Laudæ à dicto cantono de supra Syluam gregam vsq; ad circham molendini portæ Cremonensis,quæ vadit in Sylua grega: est totum fossatum,& ripæ fossati, vsq; ad sumitatem riparum, & vsq; ad planum de supra cõmunis Laudæ, & à porta circhæ portæ Cremonẽsis est à lattere interiori, totũ terralium communis Laudæ,vsq; ad sedimen, quòd fuit domini Vberti de Ricardis, & nunc est domini Ayroldi de Cagamustis: excepta terra hospitalis Sancti Blasii quæ remaneat ipsi hospitali, & terra riparũ ipsius fossati,de mẽsuratis uersus hospitale (quæ sunt communis Laudæ). Item à cantono molendinorũ, portæ Regalis vsq; ad prædictum cantonum sablæ, totum fossatũ,& ripa fossati vsq; ad sumitatem riparum,ipsius fossati: usque ad planum desuper est communis Laudæ, & terra est empta de pecunia communis Laudæ,de qua emptione extãt publica instrumenta facta per Oldradum de Murago, & Laurentium de Liueraga Notarios prædictis temporibus. Item teneatur similiter manutenere, & deffendere stratas: quæ sunt factæ, & ordinatæ dicto tempore scilicet intus terralia dictarum Circarum à cantono sablę vsque ad portam cirche portæ Cremonensis extra ipsas circhas seu fossata circarum, & à porta

ta circhæ portæ Regalis vſq; ad portam circhæ portę Cremonenſis per brachia decem in qualibet parte, vltra foſſata, & terralia: & à porta circhæ portæ Cremonenſis extra circham eundo verſus ſiluam gregá. Iuxta dictum foxatum, dicti Communis eſt via ampla, per zucatam vnam, vſque ad campanæ; Ricardini de Ricardis, per medium campum. Ipſius Ricardini: vſq; ad terram Antonij de Soltaricho: eſt ampla pedes quatuor, & dimidius; & abinde vltra verſus circham molandini: non eſt aliqua via, communis, quæ viæ totæ ſunt communis Laudæ, dicto tē - pore de cuius emptione terræ ſunt, inſtrumenta publica per Oldradum de Murago, & Laurentium de Liueraga Notarios Imbreuiata dictis temporibus.

¶ Quod nulla perſona audeat, vel præſumat, facere aliquod audatum, vel limitem in dictis foxatis. Stat. 14.

STatuimus ꝙ nulla perſona audeat, vel præſumat facere, aliquod audatū vel limitem in dictis foxatis vel ripis, nec in eis aliquid occupare vel ſupra pendere nec ét de vijs prędictis nec de eis terrā, aliquam remouere, vel accipere intus: nec extra, & qui contra fecerit condēnetur in ſolidis centum imper. pro qualibet vice: & poteſtas qui pro temporibus fuerit teneať quolibet menſe circhare vel circhari facere per ſe vel familiā ſuā: dicta foſſata, & terralia, & ripas in dictis vijs: & ſi quem inuenerit contrafeciſſe eum punire, & condemnare teneatur vt ſupra, & ét quilibet poſsit accuſare, & habeat mediatē banni. Et ſi de prædicta terra terraliorum, & viarū aliquid acceptū fuerit: & nō repireť qui eā acceperit vel accipi fecerit,

poteſtas

poteſtas teneatur condemnare tres vicinos proximiores ibi vbi accepta fuerit dicta terra niſi oſtenderint qui eam abſtulerit, & abſtulerint.

¶Quod poteſtas teneatur infra menſem facere circari ſalegias. Stat. 15.

STATVIMVS quòd quilibet rector ciuitatis Laudæ infra menſem à tempore introiitus ſui regiminis teneatur Sacramento, facere circhari ſalegias, & eas facere menſurari: & ſi eas inuenerit augumentatas, quòd augumentum ipſarum ſalegiarum affli-ctetur illis, qui habent illas ad fictum prope ad rationem pertice, & vt alias habent.

¶Quod cauantes foxatum teneantur prohicere terram in ſtratam. Stat. 16.

STATVIMVS, vt ſtratæ, & viæ communis Laudæ manuteneantur, quòd quilibet volens releuare foxatum aliquod; Super aliqua ſtrata, vel ſtricta teneatur, & debeat totam terram prohicere in ſtratam; excepta prima vangatura, quam prohicere poſsit in campum, & ſi ſolo modo remondare voluerit, per vangaturam vnam, prædictam terram in ſtratam prohicere teneantur, & qui contrafecerit ſolvat pro banno, communi Laudę ſolidos viginti, ſcriptæ pro qualibet vice, de quibus offitialis, clauſorum Inquirere, & condemnare teneatur.

¶Quod

¶ Quod dominus potestas teneatur facere abasari seu releuari stratas ciuitatis Laudæ.

STATVIMVS pro honore communis Laudæ: & quòd deleui quęlibet persona per ciuitatem sine turpitudine ire posit: quòd dominus potestas teneatur vinculo Sacramenti quolibet mense videri facere per familiam tempore pluuiarum; vias publicas ciuitatis & burgorum Laudę, & eas facere abasari seu releuare. Ita quòd aque pluuiæ non sedeant in ipsis vijs, sed decurrãt, & deriuentur ad loca consueta seu ad clauichas: ad quas melius decurrere valeant, & hoc faciat per superstantes vicinarum expeñ. vicinorum vicinie sue: & prædicta teneatur. Idem dominus potestas attendere, & obseruare: sub pœna librarum decem Imper. sui salarij.

¶ Quod potestas omni anno teneatur facere consilium de Pastono.

STATVIMVS quòd potestas teneatur facere consilium dominorum duodecim Sapientum communis Laudæ: omni anno de mense Octobris de pastono panis faciendum an ne: & secundum ꝙ ipsis de cõsilio placuerit facere teneatur & quotiensćunq; placuerit communi dictum pastonum fieri tunc fiat proprijs expensis communis Laudæ quotiensćunq; præstinariis placuerit fiat expensis præstinatiorum, & fiat pastonus de pane gremolato, & de pane leuato, & de frumento & de mistura ad buratum & vnũ cum sedatio: & elligantur tres boni homines & le-

gales

gales & vnus notarius ſuper faciendũ dictis paſtonis.

¶Quod omnes ſtratę maſtre clauſorum, & ronchorum Laudæ Sint, & eſſe debeant ample: per zitatas tres cum dimidia. Stat. 19.

STATVIMVS quòd omnes ſtratæ maſtre clauſorum, & ronchorum Ciuitatis Laudæ ſint, & eſſę debeant ample per zitatas tres cum dimidia in principio, medio & fine, & in omni parte ſui ſine aliquibus foſſatis, & intelligantur omnes ſtratæ infraſcriptę videlicet ſtrata Cremoneñ. à circa porta Cremonenſis vſq; ad ſtratam qua itur Cauenago quæ eſt in capite clauſorum. Strata Placentina à circa prędicta, vſq; ad forzellum de ſexto vbi incepta eſt ſtrata de Secugnago, & illa quæ vadit ad locum de S. Martino & Strata quæ incipit ad circam de foxadolto vſq; ad Muziam, & ſtrata circhæ S. Bartholomeij à dicta circa vſque ad Muziam, & circa de Laudæ veteri ſiue ſabulæ vſque ad Muziam, & ſtrata Mediolanenſis vſq; ad guardam bruſſatam, & omnes aliæ ſtratæ, quæ nõ ſunt terminatæ per præſens ſtatutum tam contra à duam quam vltra, remaneant in ſuo ſtatu, & firmitate ſiue ſint maſtrę ſiue non ſecundum, quòd terminate ſunt, & ſcriptæ ſunt in libris, & memorialibus Cõmunis Laudæ, & quòd offitiales clauſorum Laudæ vinculo Sacramenti teneantur ſemel in offitio ſuo, circare prædictas ſtratas, & eas in dicto ſtatu reduci facerę.

¶ Quod qui venerit in Ciuitate Laudę substineat onera Comunnis Laudę. Stat. 20.

STATVIMVS & ordinauimus, quòd qui uenerit stare ad Ciuitatem Laudæ, substinere teneatur onera Communis, de illis possessionibus, & rebus quas acquisierit & de quibus est consuetum solui, & onera substinere. Idem intelligatur de illis personis quæ venerunt à decem annis citra in Ciuitate vel districtu Laudę, & nullus homo, qui venerit stare, & habitare ad Ciuitatē Laudæ, possit esse de consilio Cōmunis Laudæ maiori, vel minori nec in offitio ordinario vel extraordinario in ciuitate Laudæ, & quòd aliqua persona quæ de nouo venerit ad habitandum in aliquo loco Episcopatus Laudæ non teneatur de aliquo debito abinde retrofacto in dicto loco, & ꝙ quilibet qui venerit, vel veniet stare in Episcopatum Laudæ, vndecunque sit, si substinet vel substinerit onera communis dicti loci in quo habitauerit, quòd tractetur & defendatur per Commune Laudæ, tanquam vicinus, & districtualis dicti loci.

¶ Quod nullus ludat ad aliquem ludum in Ecclesia maiori Laudæ. Stat. 21.

STATVIMVS quòd nulla persona Ciuitatis nec Episcopatus Laudæ nec aliunde debeat ludere in Ecclesia maiori Laudæ ad aliquem ludum: nec in ea facere aliquod vituperium, & qui contrafecerit componat pro banno Communi Laudę solidos duos Imper. pro qualibet vice, reseruatis omnibus statutis bisclatiorum, & quilibet sit accusator, & habeat medietatem banni.

Quod

¶ Quod porci non vadant ſine annulo. Stat. 22.

STATVIMVS quòd porci poſsint, ire per totum annum per Ciuitatem & burgos dum tamen porci valentes, vltra ſolidos decem Imperialium habeāt annulum in muſono, & porci qui fuerint minoris extimationis poſsint ire ſine annulo, & qui permiſerit ire porcos maioris extimationis ſolidorum decem, condemnetur in ſolidis quatuor tertiolorum, totiés quotiens, & pro quolibet porco (& Dominus poteſtas, & eius offitialis, clauſorum ſacramento) prædicta inquirere, & inquiri facere, & condemnare teneatur, & quilibet poſsit accuſare, & habeat medietatem banni.

¶ Quod offitiales clauſorum teneantur conſignarē ſcripturas nouis offitialibus. Stat. 23.

STATVIMVS quòd offitiales clauſorum teneantur, & quilibet eorum teneatur per ſe, ſub vinculo Sacramenti dimittere, & relaxare in ſcriptis, & dare, & conſignare in exitu offitii omnes, Illas perſonas accuſatas, vel denuntiatas, & proceſſus & condemnationes, & inuentiones factas ſuper ipſis perſonis, vel inuentas damnum dediſſe vel feciſſe, Contra ſtatuta non condemnatas, & quas non potuerint condemnare propter breuitatem temporis vt ipſi noui ſucceſſores poſsint, & debeant illas tales perſonas condemnare, & condemnationem exigere, ne malefitia remaneant impunita ſecundum formam ſtatutorum, Cōmunis Laudæ.

¶Quod omnes volentes ponere in custodia clausorum eorum vites, terras, & prata, possint hoc facere. Stat. 24.

STATVIMVS quod omnes volentes ponere in custodia clausorum eorum, terras, vites, & prata quæ confinant in clausis Laudæ, possint, & eis liceat ponere in custodia clausorũ, ut custodiantur per offitiales, & campanas clausorum, & scribi faciant dictas terras, vites, & prata, in vno libro qui penes offitiales ad armatium Communis Laudæ, deputatos debeat permanere quod statutum ex nunc vindicet sibi locum.

¶Quod Ribaldi non vadant per clausos. Stat. 25.

STATVIMVS quòd nullus ribaldus sine Arnaldus vadat per clausos vel ronchos nisi per stratã leuatam, & qui contrafecerit soluat pro banno solid. quinque Imper. quotiens contrafecerit, & insuper teneatur dare bonam, & idoneam securitatem, & si soluere non poterit ponatur in catena vel in carceribus ad voluntatem ipsorum offitialium.

¶Item intelligatur de barouariis, & stipendiarijs, & custodibus portarum castrorum, & rocharum.

¶Quod statuta intelligantur ad litteram: & quid fiẽdum sit vbi nõ loquitur statutum, & de interpretatione. Stat. 26.

STATVIMVS, & ordinauimus, quòd potestas, & eius Iudices offitiales, & omnes alij Ius-

dicentes

dicentes in Ciuitate Laudæ, vinculo Sacramenti teneātur seruare præcise sicut iacēt ad litteram, omnia statuta in hoc volumine comprehensa, & vbi statuta non loquuntur procedat de similibus, ad similia, & vbi non possunt inueniri similia, vel simile, tunc secundum bonam consuetudinem dictæ ciuitatis, & si consuetudo non repetitur, secundum iura communia, in quorum deffectum, secundum iura Canonica statuentes, quòd omnia alia statuta, extra volumē præsens comprehensa in futurum nō seruentur, nec pro statutis debeant obseruari, Cassantes, omnia ea, & cassa iudicantes omnia alia scripta statuta, vel consuetudines, non compræhensa in ipso corpore statutorum, Saluo semper in omnibus, & per omnia voluntate præfati Magnifici Domini, Domini nostri.

¶De forensibus in Episcopatu Laudæ, habitantibus pro oneribus substinendis. Stat. 27.

STATVIMVS, quòd omnes qui hinc retro steterunt in Episcopatu, & districtu Laudæ, per decē annos, & plus pro duabus partibus anni, quia mòdo stabunt habeantur pro incolis, & municipalibus, & in omnibus tractentur fauorabiliter sicut cęteri habitantes in Episcopatu Laudæ, & gaudebunt illis priuilegiis, & iuribus, quibus alii districtuales Laudæ gaudent, & teneantur subire, & substinere omnia onera taleas factiones, & fodra quæ, & quas subirent, & substinerent alii habitantes in prædictis locis Episcopatus, & districtus Laudæ siue per Commune Laudę siue per cōmunia ipsorum locorū imponantur, & ad

prædicta facienda compellantur per dominum potestatem, & eius iudices summariè, sine strepitu figura iuditij, & datione libelli, & litis contestatione in aliis verò qui veniunt ad habitandum cum eorum familijs in Episcopatu Laudæ, continuo qui steterint minus decem annis seruetur ius commune, & ad ea cõpellantur ad quæ de iure tenentur.

¶ Quod nulla mulier detineatur in pallatio. Stat. 28.

STATVIMVS ꝙ nulla mulier detineatur in Pallatio, nec in domo potestatis, sed potestas faciat, eam custodiri in loco honesto expensis mulieris, & si contra hoc factum fuerit componat, & sindicetur, de salario suo in libris quinquaginta Imperialium. Si vero necesse fuerit, quòd reddat testimonium vel fuerit accusata, aut denuntiata aliqui deputētur, qui recipiant dictum eius in Ecclesia maiori Laudæ, vel alibi vbi honeste poterit recipi.

¶ Quod nulla fœmina Egregia teneatur testificari, Coram potestate. Stat. 29.

STATVIMVS quòd si contingerit aliquas dominas Egregias debere testificari corã domino Potestate vel eius familia, vel alijs offitialibus in aliqua causa ciuili, vel criminali, quòd dñs Potestas, & eius familia, & alii offitiales Cõis Laudę, corã quibus deberēt facere testimoniũ, teneantur, & debeant mittere ad dictas dominas Egregias, ad eorũ testimoniũ recipien-

recipiendum, & non possint cogi venire pro dicto testimonio, nec alia dicta in fraudem huius Statuti.

¶Quod nulla Ganea meretrix vel Ruffiana moretur super Platea. Statut. 30.

STATVIMVS quòd meretrices, nec Ruffianę debeant morari super Platea, nec ire in Consortio, aliquarum dominarum, in viis nec in ecclesiis, nec in alio loco, & ꝙ etiam non audeant ire per Ciuitatem, sine mãtelo vno albo, cum testa vna vachæ super eo, sub pęna fustigationis, & vltra solidorum centum Imperialium, pro qualibet vice, cuius pœne medietas sit communis Laudæ, & alia accusatoris, & tenebitur accusator secretus.

¶Quod nulla persona audeat tenere postribulum. Statut. 31.

STATVIMVS quòd nulla persona Ciuis vel forensis cuiuscunq; conditionis existat, audeat vel pręsumat tenere, postribula vel burdelos in suburbiis Laudæ, nec in eis meretrices hospitari. Et qui contrafecerit condemnetur in libris viginti quinq; Imperialium.

¶Quod potestas Sacramento teneatur facere claudi portas Burleti Communis Laudæ. Stat. 32.

STATVIMVS quòd Potestas Laudæ vinculo, Sacramenti teneatur, & debeat facere claudi de no.

ctæ Burletum Communis Laudæ, & portas Pallatii sic quòd non possit descendi à dicto Pallatio, in dictum Burletum tempore noctis, à sono Campanarũ vsq; ad Campanam diei, sub pœna librarum viginti-quinque Imperialium de suo salario.

¶ Quod non ponatur Linum in masaro in foueis Ciuitatis. Stat. 33.

STATVIMVS quòd nullus de cętero possit nec debeat ponere aliquod Linũ in masaro, in foueis Ciuitatis, & qui contrafecerit componat pro banno soldos quadraginta Imperialium, & quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni.

¶ Quod nullus mingat ad murum Ecclesiæ maioris Laudæ. Stat. 34.

STATVIMVS quòd nulla persona debeat mingere ad Ecclesiam maiorem Laudæ, nec mingere, nec gestari: ad portam Canonicæ maioris, vel subtus ipsam portam, nec in limite ipsius portæ, nec ad portam Burleti, nec in Burleto, nec ad Pallatium cõmunis, nec in Pallatio, nec super Scalas Pallatii, & qui contrafecerit componat pro banno, soldos quinque Imperialium pro quolibet, & qualibet vice.

Quod

¶Quod ſtore nec drapi, ponantur ad porticus niſi ſint altę per brachia ſeptem. Stat. 35.

STATVIMVS quòd nulla perſona ciuitatis, & burgorum Laudæ, teneat nec tenere poſsit aliquam ſtoriam, ſeu drapum aliquod, nec aliud impedimentum, ad aliquem porticum, ſeu domum, niſi fuerit alta, ſeu altum, per brachia ſeptem, & qui contrafecerit componat pro banno ſolidos quinque Imperialium, quotiens contrafecerit, & poteſtas, & offitiales clauſorum, & quilibet per ſe, poſsint inquirere, & punire.

¶De vſuris, & decimis. Stat. 36.

STATVIMVS ꝙ quilibet, Iuſdicens ſæcularis Ciuitatis Laudæ, eandem cognitionem, & iuriſdictionem habeat cognoſcendi, decidendi, & terminandi, de vſuris, & decimis, in caſibus ſibi conceſsis à iure prout habet, & poteſt Iudex Eccleſiaſticus.

¶Quod menſuræ ſint in quodam lapide ſignatæ. Stat. 37.

STATVIMVS ꝙ Commune Laudæ, habeat, & habere debeat deſignatum, in quodam lapide viuo zitatam, ſeu menſuram terræ pumbliatam, & menſuram drapi, & ſendari ſimiliter, & modum lapidum, & luporum fiat ſicut debet de iure vt melius videbitur Sapientibus, & factæ remaneant offitiali armarii, & ꝙ prædicta fieri poſsint, & debeant de lotono, vel

de ferro,

de ferro, & nihilominus in lapide designetur.

¶Quod omnes homines Ciuitatis, & districtus Laudæ, vtantur mensura Laudensi. Stat. 38.

STATVIMVS ꝙ omnes homines, & personæ Ciuitatis, & Episcopatus Laudæ, & quilibet alij habitantes in dicto Episcopatu teneantur, & debeant vti solo modo stario, mina, quartario, & medio quartario, tàm de blado, quàm de vino, perticħę, & omnibus alijs mensuris quibus Commune Laudæ vtitur. In omnibus quæ mensuratur sub pęna, & banno cuilibet contrafacienti, & communi, & cõsulibus dicti loci vbi contrafactum fuerit, pro quolibet, & qualibet vice solidorum viginti Imperialium, & Potestas prædicta consulibus locorum teneatur facere, manifestari.

¶Quod nullus faciat porticum in via vbi fit Pelizaria. Statut. 39.

STATVIMVS, ꝙ super viam quam Cõmune Laudæ fecit ampliari, & displiari, ꝙ illi, qui habent domum vel domos, vel imposterum habuerint super ipsa via, quæ dicitur strata de lomelius, non possit fieri aliquis porticus cum pillastris, vel columnis ab aliqua parte.

¶De Redibitione animalium. Stat. 40.

STATVIMVS quòd fiat Redibitio animalium tantum, in vitijs infrascriptis videlicet in disfilato, in

in culmorbio, in cęcho, qui habet oculos, & non videt, in restio, in boue, morboso in porco gramegnoso, & fiat infra octo dies: & non vltra.

¶De Columbis non capiendis. Stat. 41.

QVOD non sit aliqua persona cuiusuis status, gradus, praeminentiae vel conditionis existat, quae audeat vel praesumat capere pipiones, ad retia duarum alarum, siue alia retia, laqueos grates, vel ingema aliqua fraudolenta quouismodo sub poena florenorũ vigintiquinque auri pro quolibet pario pipionorũ, & qualibet vice soluendorum, infra dies decem à die condemnationis fiendae, proxime subsequentes quos si non soluerit, poena praedicta soluatur, & solui debeat, per quatuor ex proximioribus, communibus illi loco, in quo captio pipionum, ipsorum seu columbarum facta fuerit, & quòd dicta Communia occasione praedictae poenę habeant actionẽ, recuperandi denarios taliter exbursatos realiter, & personaliter contra reũ, & quilibet possit accusare, & credatur suo sacramento, si habuerit columbarium, & si non habuerit colũbarium, cum vno teste fide digno, vel cum sacramento si fuerit publica vox, & fama, & habeat tertiã partẽ pecuniae praedictae, alia tertia pars, perueniat ad Cameram praef. Illustris Principis Magnifici, & Excelsi D. D. nostri, & alia in illum cui fuerit damnum illatum. Item ꝙ reus teneatur restituere damnũ, passo. Iuxta eius sacramentum, & si non habuerit ad soluendum, Communia proximiora praedicta ad emendandum

dum teneantur vt ſupra,& habeāt contra reū ipſum, illam actionem realem,& perſonalem, quæ ſupradicta eſt,de pœna florenorū vigintiquinq; auri. Item q; nullus teneat aliqua retia duarum alarum, neque retia quæ copertoria appellantur,in eorum nec aliorum domibus niſi præſtiterit primo bonam, & idoneam ſecuritatem in manibus Poteſtatis, vel Rectoris,in cuius iuriſdictione morabitur, de non capiendo pipiones, ſeu colombos, vt ſupra ſub pœna florenorum vigintiquinque auri, & quilibet poſsit accuſare, & credatur ſibi cum ſacramento. Si columbarium habuerit vt ſupra, & ſi columbarium non habuerit cum ſacramento,& vno teſte fidedigno, ſi fuerit publica vox, & fama, vel ſi reperta fuerint retia prædicta, & habeat medietatem dictæ cōdemnationis,& alia medietas perueniat, Cameræ præfatæ, & in quam pœnam cadant, & cecidiſſe intelligatur omnes,& ſinguli quibus retia prædicta reperta erunt,& qui ſecuritatem ipſam non præſtiterint. Item quòd Communia proximiora teneantur denuntiare ipſos tenentes ipſa retia; Illi Poteſtati,Vicario, vel offitiali ſub cuius iuriſdictione erit habens retia,ipſa ſub pœna florenorum vigintiquinq; auri, applicandarum præf. Cameræ,& quòd Poteſtas, Vicarius,& offitialis qui retia ipſa reperuerit habeat medietatem dictæ condemnationis ſoluendam, per illos qui ſecuritatem non præſtiterint vt præfertur.

Rubrica

¶RVBRICA GENERALIS de citationibus, relationibus, denuntiationibus, & obligationibus.

¶De forma citationis in ciuilibus, & ordine citandi, & refferendi. Stat. 42.

STATVIT Commune Laudæ, quòd omnis citatio ſeu Requeſta quam fieri contingerit continere debeat intentionem propter quam citatus, ſeu citandus in ius vocatur, & nomẽ iudicis, & eius ad cuius petitionem fit citatio, & ipſius citati ſeu citandi & ſeruitoris, & eius qui citationem ſcripſerit, & terminum comparendi, quam citationem ſeu requeſtam teneatur ſeruitor in ſcriptis dimittere citato ſeu citando, ſi perſonaliter citatus fuerit, vel ad locum vbi citationem fieri contingerit, & debuerit aliter non valeat de qua citatione teneatur ſeruitor facere relationem, tàm ad requiſitionem eius qui fecerit citari, quam etiam qui citatus erit vel contra quem ſeu in cuius præiuditium proceſſus factus fuerit; Cui relationi fides adhibeatur; quam relationem. Idem ſeruitor facere teneatur ante horam comparendi, vel ſaltim in ipſa hora, ante deſenſum Iudicis ſub pœna dicto ſeruitori ſolidorũ viginti Imperialium pro qualibet vice ad quorum ſolutionem Illico compellatur per Iuſdicentem, Corã quo talis citatio fiet quæ pęna perueniat pro medietate in Commune Laudæ, & pro alia medietate in citatum, ſaluo quòd citationes teſtium fieri poſsint oretenus.

De

QVILIBET Ciuitatis & Episcopatus Laudæ, qui se cum familia abscentauit à Ciuitate, & Episcopatu Laudæ, possit pro quolibet debito publico, vel priuato requiri, & citari ad domum vbi habitabat tempore absentationis si habitationem habebat, & si non habebat vbi consueuit habitare, & publicè in contrata in qua sit ipsa domus, & vltra ad scalas Palatij, siue ad portam Burleti Communis Laudæ, spatio octo dierum ad minus asignato, & ipsa citatio sic facta habeatur pro legitima citatione, & omnes processus contra taliter citatum facti, valeant & teneant, & executioni mandentur ac si legittime esset citatus.

¶ De Citato ad eundem terminum, pro diuersis causis, & Comparente. Stat. 44.

CITATVS ad eundem terminum diuersis causis si compareat propter vnam ex causis in citatione contentis, nihil sibi dictum fuerit per partem aduersam pro aliis contentis in ea citatione quod appareat exactis non reputetur contumax propter alia in citatione contenta.

¶ De pœna facientis aliquem citari pro eadem re vel negotio sub diuersis iudicibus. Stat. 45.

SI Quis fecerit aliquem citari vel requiri pro eadem re vel negotio sub diuersis iudicibus vel offitialibus

fitialibus Communis Laudæ condemnetur qualibet vice in ſolidis viginti tertiolorum, & proceſſus non valeat nec teneat, nec citatio præiudicium generare valeat,& teneatur contrafaciens expenſas reſtituere.

¶In quibus partibus poſsint fieri citationes denuntiationes,& oblationes. Stat. 46.

CITATIONES fieri poſsint,& debeant in Ciuilibus perſonaliter vel ad domum habitationis in ciuitate vel Epiſcopatu Laudæ, & ſi habitationẽ certam non habet, citationes fieri poſsint,& debeant in loco vbi habitare conſueuit,& nihilominus fiat vt de citatione abſentis per aliud ſtatutum prouiſum eſt. ¶Idem de denuntiationibus,& oblationibus vt eodẽ modo fieri poſsint,& debeant.

¶Quod in relatione ſeruitoris ſcribatur nomen Parochiæ vel contratæ, in qua citatio facta fuerit. Stat. 47.

IN OMNI relatione ſeruitoris quæ facta fuerit in tam Ciuili,vel criminali, contineri debeat nomẽ Parochiæ vel contratæ ſi fuerit in Ciuitate vel infra clauſos,& alibi nomen terræ in qua ipſa citatio facta fuerit,& aliter ipſa citatio ſeu relatio non valeat nec teneat.

¶ Causæ processuum præcedentium, non possint sub alio Iudice ventilari. Stat. 48.

SI contingat aliquem citari, vt compareat cum actis bannis processibus, & pignoribus vel pro consimilibus non possit. Illa causa ventilari parte expressè cōtradicente, nisi coram illo iusdicente cuius præcepto facta fuerit pignoratio, vel sub quo processus vel relatio facta fuerit sub pœna solidorū viginti Imperialium quæ exigi possit, & debeat de facto.

¶ Quod quælibet citatio, & relatio scribatur in actis ante horam comparendi. Stat. 49.

QVAELIBET citatio, & requisitio, & quælibet relatio cuiuslibet, Seruitoris debeat esse scripta in actis, & posita ante horam comparendi, vel saltim in hora deputata, citatio vel requisitio citatis vel requisitis ad comparendum, coram quocunq; iusdicēte Ciuitatis Laudæ, alioquin elapsa dicta hora non possit per aliquem notarium scribi aliqua citatio vel requisitio vel relatio alicuius seruitoris, & si secus per aliquem notarium factū fuerit nō valeat ipso iure, & processus inde secutus non valeat nec teneat ipso iure, sed sit nullus, & nullius valoris, & momenti, sicut & quemadmodum esset si talis processus factus esset parte absente, & non citata, & Vlterius quilibet notarius contrafaciens condemnetur, & pro condemnato esse intelligatur ipso iure qualibet vice in libris decem tertiolorum, quam condemnationem quilibet, Iudex postquam sibi notificatum fuerit teneatur exi-

gere

gere absq; alio processu inde fiendo sub eadem pœna.

¶ De satisdatione præstanda per forenses, & de Ellectione habitaculi. Stat. 50.

ITEM Statuit commune Laudæ, quod si contingat de cætero aliquem citari vel aliter in ius vocari, vel alicui præceptum fieri, aliqua de causa, ad instantiã alicuius forensis non substinentis onera Communis Laudæ, vel habitantis extra districtum Laudæ, non procedatur super tali citatione seu præcepto nec eius occasione, nisi ille ad cuius instantiam facta fuerit talis citatio, seu tale præceptum prius satisdederit Idoneæ, Coram illo Iudice, Coram quo talis citatus, Cõparere debuerit, vel ex cuius parte fiet tale præceptũ de restituendis, illi qui citatus fuerit, vel cui tale præceptum, factum fuerit, omnes expensas damna, & interesse; In quibus ille ad cuius instantiam fieret talis citatio seu tale præceptum condemnaretur seu condemnari contingeret, & nisi prius ellegerit habitaculũ in Laudæ, vbi citari posit, & debeat, & quicquid aliter factum fuerit, non valeat ipso iure, & si quis ius dicens contrafecerit cadat ipso iure, qualibet vice in pœnam librarum quinquaginta tertiolorum applicanda pro medietate Communi Laudæ, & pro alia medietate tali citato seu cui factum fuisset tale præceptum.

¶Quod ponatur in Contumatia actor non Comparens ad terminũ ad quem fecerit alium citari: & hoc ad petitionem citari. Stat. 51.

ALIQVO citato, & ad terminũ comparente, si Ille ad cuius petitionem facta fuerit citatio non comparuerit ad dictũ terminũ citatio habeatur Ipso Iure pro circunducta, & Vltra hoc ille qui non comparuerit intelligatur contumax, de qua contumatia, non possit eximi nisi det citato solidos decem tertiolorum, si dictus citatus habitauerit extra Ciuitatem, & Clausos Laudæ. Si autem habitauerit intra.
¶Ciuitatem vel Clausos Laudæ soluat solidos quinque tertiolorum.

¶Rubrica de in ius vocando, & contumacibus. Stat. 52.

SI QVIS ad iuditium in personali vocatus, vt puta, quòd compareat rationem facere, vel ad respondendum, de iure pro aliqua quantitate non venerit ad terminum ordinatum in citatione habeatur talis citatus pro contumacæ, & Iudex Coram quo citatus fuerit teneatur, & debeat ad petitionem postulantis facere robare contestari, & in depositum poni de bonis, & rebus illius contumacis vsq; ad quantitatem debiti declarari in citatione, & non intelligatur, tamen citatus contumax, nisi actor comparuerit ad dictum terminum, & accusauerit contumatiam illius taliter citati, nec possit aliqua talis citatio fieri vt citatus teneatur comparere illa die qua citatus fuerit,

& si

& si aliter facta fuerit citatio, non habeatur taliter citatus pro contumacæ licet non compareat, ipse die, & quod quælibet talis citatio fiat in scriptis aliter nō valeat, & non audiatur talis contumax contra eum ad cuius petitionem fuerit contumax, etiam si dicat se paratum soluere debitum, nisi prius restituerit actori, omnes expensas citationis, & alias sequentes pro relatione, & contumatia, & vsque ad suam comparationem secundum, taxationem fiendam per Iudicem causæ, audiatur tamen vt petere posit exhibitionem pignorum, & copiam seu exemplum contumatiæ, & totius processus ac expensarum quæ asseruntur esse factę occasione citationis, & relationis, & contumatiæ, & totius processus, Illius executionis, & eo casu si purgauerit vel per actorem steterit, quominus posit reus purgare suam contumatiam, audiatur qua purgatione facta, & restitutis vel depositis expensis prædictis, omnis nouitas facta occasione dictæ contumatiæ. Intelligatur reuocata, & omnia pignora, inde pignorata restituantur expensis tamen, ipsius contumacis, & ad exhibitionem contumatiæ, & processus compellatur aduersarius etiam sine libelli datione, & non obstante statuto de sapientibus dandis.

RVBRICA GENERALIS, de Iuditijs.

¶ De ordine procedendi in Ciuilibus causis, quando libellus offertur. Stat. 53.

SI Reus Comparuerit per se, vel legittimã personam,& libellus petatur, & causa sit talis, quæ requirat libelli dationem, detur libellus in quo sufficiat si factum,& causa, sufficienter sint narratæ, nec teneatur actor in libello declarare seu taxare expensas præteritas nec fructus præteritos, nec damna, & interesse prçterita nisi prædicta vel aliquod prçdictorum petantur principaliter vel per se quo libello oblato, ipso iure statutus esse intelligatur, reo terminus vnius diei vtilis, ad litem contestandam, quo termino elapso habeatur lis, pro contestata, & contestata sit Ipso iure tanquam si per narrationem, & responsionem partium lis vere foret contestata; Reseruatis vtrique parti in fine litis omnibus suis defensionibus & exceptionibus, quæ ante,& post litem contestatã opponi possunt, quæ tamen exceptiones, & deffensiones opponi posint, & opponantur in terminis probandi,& reprobandi.

¶ De libello non dando à libris decem tertiolorum infra. Stat. 54.

NON teneatur actor dare libellum in causa quæ non excedat quantitate librarũ decẽ tertiolorũ vel extimationem rei aut iuris, vel facti prædictam

quanti-

quantitatem excedentem. Sed sufficiat quòd scribatur apud acta res quæ petitur, & causa.

¶Quod contestatio litis facta per reum ante terminum contestandi valeat. Stat. 55.

SI Ante terminum cōtestandi litem fuerit sponte per reum lis contestata, valeat talis contestatio, & vltra posſit procedi ad alia in ipsa causa perinde ac si per formam statutorum foret lis contestata.

¶ De libello ponendo in actis. Stat. 56.

QVILIBET libellus ponatur in actis alioquin libello fides non adhibeatur nec processus secutus valeat.

¶De probationibus quæ fieri debent post litem contestatam. Stat. 57.

LITE vero cōtestata vel habita pro cōtestata absque sacramento calumniæ in causa procedatur, & ex ordine tres dilationes octo dierum vel pautiorum si actor voluerit ad probandum per testes actori dentur super capitulis probationum datis, & totidem dilationes octo dierum vel pautiorum reo dentur si voluerit,& non vltra nisi ex causa, & omni die dilationum causa si fuerit Iuridica quam feriata posſit probari, & testes produci,& tamen non currat tēpus ad probandum per testes hiis temporibus quibus non pōt cōpelli testis ad perhibendum testimoniū.

¶ Quod acta causę habeantur pro productis. Stat. 58.

ACTA vero cuiuslibet causæ habeantur, ipso iure pro productis in illa causa in qua fuerit agitata, & quòd etiam acta facta in causa principali etiam sententia intelligatur producta ipso iure in causa Appellationis, & eodem modo in causa querelle nulitatis, & cuiuslibet grauaminis, & etiam acta, & actitata in causa primæ Appellationis ipso iure pro productis habeantur in alia appellatione.

¶ De dilatione danda, ad probandum si testes dicerentur esse vltra Lumbardiam. Stat. 59.

SI Actor vel reus dicat se velle probare per testes, quos dicat esse extra Lumbardiã, & propter hoc petat tempus ad probandum excedens: tres dilationes octo dierum pro qualibet non detur sibi illa dilatio nisi prius testes nominauerint, & iurauerit, quòd prædicta per malitiã non petit, & ꝙ credit posse perficere probationem suam per eos, & nisi duo agnati, vel cognati, vel cognitores cuiuslibet prædictorum testium iurauerint se scire vel credere, illum testem vel testes viuere in illis partibus, in quibus producens asserit eos esse; quibus interuenientibus sit arbitrio iusdicentis dillationem ordinariam, inspecta longitudine loci vel locorum, & Inspectis dillationibus iam concessis, & illud tempus illius dillationis, sit continuum, & prædicta quæ superius

scripta

ſcripta ſunt vendicent ſibi locum in perſonali mera, & etiam in perſonali in rem ſcriptam.

¶Quod tempus Commiſsionis, & aſſumptionis, ac delegationis non currat pro tempore quo cō‑miſſarius ſteterit impeditus cauſa rei publice. Stat. 60.

TEMPVS aliquod commiſsionis factæ alicui nō currat nec curriſſe Intelligatur pro eo tempore quo; Ille cui dicta quæſtio commiſſa fuerit, ſteterit impeditus cauſa vel facto, domini ſeu dominationis vel rei publicè, Saluo ſi illud tempus impedimēti excederet vltra dies viginti continuos, ꝙ commiſsio, Illa ſit in fine, & poſsit, & debeat de nouo committi, & amplius non poſsit nec debeat. Illa quæſtio committi eidem qui ſic fuerit impeditus, & ſi ſecus fieret nō valeat, & ſi quod ſalarium dictus Commiſſarius recepiſſet vel reperietur eius nomine, depoſitum eſſe à parte vel à partibus omni exceptione, & deffenſione remota, reddere ſeu reddi facere teneatur parti ſeu partibus, à qua vel à quibus recepiſſet vel quę depoſuiſſet infra dies decem proxime, à die quo, ipſa Commiſsio fuerit in fine ſub pœna dupli eius quod recepiſſet, vel depoſitum fuiſſet factum, & non reſtituiſſet vt ſupra, applicanda parti ſeu partibus, à qua vel à quibus habuiſſet, vel quæ depoſuiſſet, & de prædicto ſalario dato, ac depoſito vt ſupra, ſtetur Sacramento. Illius qui illud ſalarium dediſſet vel depoſuiſſet.

¶Idem in omnibus,& per omnia ſeruetur in aſſumptionibus quibuſcunque, & etiam delegationibus quæ fierent per iuſdicentes.

¶Quod tempus inſtantiæ non currat in caſu quo nõ currit tempus Commiſsionis vel aſſumptionis. Stat. 61.

IN Quocunq; caſu in quo non currit tempus Commiſsionis vel aſſumptionis vel delegationis non currat tempus inſtantiæ cauſæ dictæ Commiſsionis vel aſſumptionis vel delegationis.

¶Quod Commiſsio interlocutoriæ elitiatur ex actitatis per partes. Stat. 62.

COMMISSIO interlocutoriæ elitiatur exactitatis per partes in cauſa,& nullum extraneum interſeratur in Cõmiſsione interlocutoriæ quęſtionis.

¶De conſilio pronuntiando infra tres dies. Stat. 63.

QVILIBET Iuſdicẽs teneatur,& debeat infra tres dies vtiles poſtquam fuerit præſentatum alicuius quæſtionis conſilium per aliquem, Sapientem vel eius notarium, Ipſum conſilium publicare,& legi facere,& pronuntiare ſecundum conſilium ſi requiſitus. Inde fuerit per aliquam partium ſub pęna librarum vigintiquinq; tertiolorum pro quolibet, & qualibet vice nulla exceptione,vel denuntiatione obſtante,etiam non obſtante,ſtatuto de ſapientibus dádis ſal-

dis saluo, quòd si consilium nõ fuerit datum in tempore, quòd ex ipsa pronuntiatione consilij non fiat aliquod præiudicium alicui partium.

¶ Idem seruetur in omnibus, & per omnia in assumptionibus, & delegationibus quę per Iusdicentes fiẽt.

¶ De executione instrumenti, & scripti manu debitoris facti vel scripti. Stat. 64.

SI QVIS prima facie apparuerit aliquid habere debere per cartam vel condemnationem vel arbitria, vel arbitramenta, vel scripturam propria manu debitoris factam vel scriptã, & postulauerit executionem debiti fieri contra debitorem vel fideiussorẽ vel eorum vel alicuius eorum, hæredes teneatur, & debeat Iusdiceris ei seu eis precipere, quòd infra dies quindecim vtiles soluatur, creditori aut probẽt quicquid velint quare soluere non teneantur, quo termino elapso si nõ probauerint compellantur omnibus iuris remediis omni exceptione remota soluere, & satisfacere creditori, & exequutio fiat absq; aliqua censura, Creditor tamen teneatur facere copiam debitori de Instrumento obligationis, & condemnationis vel scripturæ quo vel qua petit eadem die qua petierit executionem fieri vel se ad hoc offerre paratum, & si per illum steterit quominus, is à quo petit copiã habeat de prædictis non computetur illud tempus debitori in prædictis diebus quindecim vtilibus quibus steterit per ipsum creditorem, quominus ipsa copia fiat; Saluo q; si quis velit probare per testes quos dicat esse in longinquis partibus, quòd tunc seruetur

ſtatutum Communis Laudæ de ordine ciuilium cau ſarum quod incipit, ſi actor vel reus dicat &c.

¶De pœna negantis propriam ſcripturam. Stat. 65.

SI QVIS obnegauerit propriam ſcripturam, vel manu propria ſcriptam, & contrarium fuerit hoſtenſum cogatur de facto per Iuſdicentem, corã quo fuerit oſtenſum vel eius ſucceſſorem ad dandum, & ſoluendum nomine pœne tantum parti, contra quã negauerit duplum quantitatis ſiue extimationis rei in dicta ſcriptura comprænhenſe, ſub pœna Iuſdicenti qui prædicta non ſeruauerit, librarum vigintiquinque tertiolorum.

¶Quod Iudex poſsit breuiare terminum in Commiſsionibus Interloquutoriis. Stat. 66.

SI Iudici videbitur poſsit interloquutorijs minorem terminum in Commiſsione præfigere, quã in Statutis continetur.

¶De ſatiſdatione præſtanda per non ſuppoſitum. Statut. 67.

SI QVIS non ſuppoſitus de iure iuriſdictioni poteſtatis, & Communis Laudę, conuenerit aliquẽ ſuppoſitum iuriſdictioni domini poteſtatis, & Communis Laudæ, teneatur ſatiſdare de expenſis reſtituẽdis. Si ſubcombuerit in cauſa, & de omni pęna ſoluẽda in quam, incurret ratione contumatiæ ſeu inobedientiæ, & de non declinãdo forum, ratione præmiſ-

ſarum

ſarum expenſarum, & pœnarum, & ſi reconueniatur dato primo libello, & præſtito Sacramento corporaliter per reconuentium quòd non calumniandi animo ſit reconuentio, teneatur tamen reconueniens vel reconuentus ſatiſdare de iudicato ſoluendo, alioquin taliter non ſuppoſitus ab agendo repellatur.

¶ Idem ſit eo non ſubdito vt ſupra, qui comparuerit ratione ſui iuris, & intereſſe, vel alio modo ad contradicendum vel ſuſcipiendum deffenſionem alicuius rei.

¶ De ſatiſdatione fienda per foraſterium qui conueniatur. Statut. 68.

SI QVIS ſuppoſitus iuriſdictioni Cõis Laudę, cõuenerit vel cõuenire voluerit aliquẽ foraſteriũ, in Ciuitate Laudæ in caſibus à iure conceſsis Iuſdicens teneatur, & debeat cogere foraſterium ad ſatiſdandum, de Iuditio ſiſti, & Iudicato ſoluendo, omnibus iuris remediis quibus melius poterit, & hoc habeat locum ſi inſtrumentum debiti appareat vel ſcriptura ſcripta vel ſubſcripta manu debitoris.

¶ Quod in quæſtoribus à libris decem tertiolorum, infra procedatur Summariæ. Stat. 69.

IN omni controuerſia quęſtione cauſa vel lite quę ſit librarum decem tertiolorum, vel de re vel iure vel facto eiuſdem extimationis vel infra, procedatur ſeu procedi poſsit per Iudicem cauſæ ſummariæ, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iuditij.

De

¶De summaria ratione fienda in certis casibus. Stat. 70.

DOMINUS Potestas, & quilibet exercens iurisdictionem possit, & debeat simpliciter de plano, & sine strepitu, & figura Iuditij, & omni solemnitate Iuris, & statutorum omissa, audire examinare, cognoscere, & diffinire de omnibus, & singulis quæstionibus causis, & litibus alimentorum, & legatorum, & fideicommissis, de fictis pẽsionibus, de diuisionibus, & de mercatis factis de nouo, ab vno mense infra nõ excedentibus summam librarum vigintiquinq; Imperialium de salariis, & mercedibus nutricum famulorum, & de quibuscunq; aliis mercedibus ac executionem de prædictis, & quolibet eorum facere omni die feriato, & non feriato, non obstantibus aliquibus statutis prouisionibus, & ordinamentis Communis Laudæ vel aliis Iuribus in contrarium factis vel quę fierent, & in hoc casu etiam non subditi Iurisdictionis potestatis Laudæ gaudeant benefitio statutorum Communis Laudę.

¶Idem habeat locũ in omnibus, & per omnia in causis & litibus, & quæstionibus pupillorum viduarum orfanorum, & miserabilium personarum.

¶De capitulis seu articulis intentionum admittendis. Stat. 71.

CAPITULA seu articula intentionum admittantur, & admissa sint ipso iure, & super eis testes recipiantur saluo iure impertinentium, & non admittendorum, & opponendorum contra personas, & dicta

cta testium tempore disputationis diffinitiuę senten tiæ, non obstante statuto de sapientibus dandis.

¶De pœna rei qui tacuerit declinationem. Stat. 72.

SI REVS ante litem contestatam vel habitam pro contestata tacuerit declinationem, & post litem contestatam vel habitam pro cõtestata in aliqua parte iuditii vel etiam in reconuentione expensarũ per se vel aliũ dirrecto vel per oblicũ declinauerit, ipsius Iudicis vel sui successorem, Iurisdictionem vel forũ, teneatur ea die vel seqnẽti, qua declinauerit restituere aduersario omnes expensas per eum factas in lite quæstione vel causa, duplicatas taxandas arbitrio iusdicentis quas si non restituerit vt supra, non audiatur in aliquo suæ, Iurę Ciuiliter agendo nec deffendendo nec iniuriæ interim, Illatę in rebus eius puniãtur: nec emendentur, nisi primo ante prædicta restituerit dictas expensas duplicatas.

¶Idem in actore, & etiã in extraordinariis, & in summarijs causis, singula singulis cõgrue refferendo cuilibet seruetur.

¶Dę Sacramento super expensis, & de damnis promissis in Instrumento. Stat. 73.

SI Debitor promittat in Instumento omnes expensas, & damna se daturum absq; Sacramento Creditoris, non tamen cogatur prædicta soluere nisi creditor Iurauerit.

De

De Instrumento vel scriptura productis per vnam ex partibus, quòd possit vti, per eius aduersarium eadem. Stat. 74.

SI Instrumentum vel scriptura sit productum vel producta vel exhibitum vel exhibita per aliquem ex partibus: possit aduersarius etiam, illo instrumento seu scriptura, in toto vel in parte vti per se ac si per eum foret productum si dicat velle vti eo instrumento seu ea scriptura in toto vel in parte.

De satisdatione non substinentis, vel non suppositi. D. Potestati Laudæ. Stat. 75.

IN casibus in quibus non sustinens vel non suppositus D. Potestati Laudæ. Satisdat in causa ciuili, vel criminali teneatur dare Idoneum fideiussorē suppositum. D. Potestati, qui de toto, & primo loco principaliter, & insolidum conueniri possit, etiam nulla facta excussione vel executione, contra principalem, & eius bona, & si contingerit non sustinentē vel non suppositum, petere restitutionem in integrū, aliquo iure singulari aduersus vel contra aliquam sententiā aut interlocutoriam in quam subcombuerit, nihilominus compelli possit, & compellatur dictus fideiussor ad expensas quas fecerit sustinens, vel suppositus occasione, illius sententiæ non obstante pendentia litis illius restitutionis, & non obstante, quòd ipse non sustinens seu non suppositus, non fuerit primo conuentus nec eius bona fuerint excussa hoc vendicet sibi locum tam in præteritis casibus quā futuris.

De pœna

¶De pœna negantis aliquem esse mortuũ. Stat. 76.

SI Qvis in iuditio negauerit se hæredem, vel se vel alium esse, vel fuisse filium patrem Auum, vel legitimum vel esse vel fuisse, ascendentem vel descẽ dentem, vel colateralem, vel patruum alicuius vel ali quem fore defunctum, qui nõ sit defunctus in extraneis partibus, de quo interrogatum fuerit vel positũ fuerit, & probatum fuerit, illud quod negatum fuerit esse verum, negans comdemnetur per eundem Iudicem, Coram quo fuerit negatum in libris vigintiquinq; Imperialium. Cuius pœnę medietas sit Communis Laudæ, & alia, aduersarii, & vltra teneatur ad restitutionem omnium expensarum damnorum, & interesse, quæ ea occasione aduersarius passus fuerit, & vlterius talis negans, ipso iure amittat causam, & intelligatur negare. Si respondendo dixerit non credere per se vel per procuratorem etiam non habentem, speciale mandatum, & intelligatur esse in causa totum, id quod compræhenditur in petitione scripta in actis licet non fuerit litis contestatio facta.

¶Quod victus condemnetur in expensis. Stat. 77.

IN omnibus causis victus victori, condemnetur in expensis secundum determinationem iuris communis.

¶De expensis taxandis. Stat. 78.

SI Qvis condemnatus fuerit in expensis, vel expensę purę nulla condictione addita victori ser-

uatæ

uatæ fuerint in ſententia, Iudices teneantur, Summa riæ abſq; aliquo ſtrepitu, & figura iuditij per omnia, Iuris remedia abſque captione perſonę, cogere illũ condemnatum ad dandum, & ſoluendum victori. Illas expenſas taxationem quarum cõmittere teneatur vni procuratori vel notario partium confidenti, & ſecundum ipſam taxationem. Iudex debeat compellere ad ſoluendũ victori per omnia Iuris remedia.

¶De Sapientibus dandis. Stat. 79.

SI QVIS habens cauſam vel quæſtionem Ciuilẽ, vel criminalem. Coram Poteſtatem vel Iudicibus vel alio exercente Iuriſdictionem in Ciuitate vel Epiſcopatu Laudæ, & denuntiauerit alicui prædicto rum, ꝙ eum agrauat ſeu tortum faciat, & inde petat conſilium haberi Sapientis, teneantur prædicti, & quilibet prædictorum. Coram quo vel quibus, dicta quæſtio fuerit habere conſilium Sapientis, & inde dare vnum vel duos, ſecundum qualitatem cauſæ, ſiue cauſa ſit inter partes ſiue per dominum Poteſtatẽ, vel alium Iudicem, ex offitio procedatur, vel inquiratur, vel quocunq; alio modo, ventilentur, & hoc ad expenſas ſubcombentis, & ſi quis prędictorum Iudicium fecerit contra prædictam denuntiationem, cõponat Communi Laudæ, pro qualibet vice libras vigintiquiq; Imper. & inſuper proceſſus factus contra prædictam denuntiationem non valeat nec teneat, & quilibet notarius teneatur ſub pœna librarum decem Imperialium facere, inſtrumẽtum denuntiationis. Si inde fuerit requiſitus, quam pœnam poteſtas

teneatur

teneatur precise exigere, Alioquin perdat de suo salario libras decem Imperialium, & potestas vel alius exercens Iurisdictionem, non posit vetare alicui notario, quominus faciat cartam prædictæ denuntiationis nec iniurias, vel minas facere, nec eum detinere, nec notario precipere, quòd det instrumentum statim, vel illa die, & si contra in aliquo fecerit componat de suo salario qualibet vice libras quinquaginta tertiolorum, & hoc sit precisum, & prædicta nō vendicent sibi locum in maleficijs vbi pęna sanguinis ingeratur hoc addito, quòd in causa vbi dantur sapientes sine denuntiationes dentur communibus expensis partium nisi vna pars petierit sibi dari Sapiens, & alia dixerit quòd detur ad expensas subcombentis, quo casu datus, Sapiens videatur datus ad expensas subcombentis, & quod de prædictis quilibet Iudex, & offitialis posit Sindicari durante offitio, & finito, & hoc non obstante aliquo Statuto prouisione, vel reformatione in contrarium loquentibus, & si quæstio fuerit commissa ad expensas subcombentis. Ille qui subcubuerit in quęstione sic commissa teneatur, & compellatur ad restituendum parti obtinenti omnes expensas factas occasione, illius quęstionis sic cōmissę in quantitate taxata per dictum Commissariū, qui in eius consilio dictam taxationem facere teneatur vinculo Sacramenti, & subcombens non audiatur in causa donec dictas expensas restituerit, Saluo quòd de Interlocutoriis. Si videbitur Iudici, quòd calumniose petatur, Sapiens per aliquam partē, tunc non teneatur committere dictam quæstionem, nisi petens, Sapientem deponat totum salarium, ipsius

D Sapientis,

Sapientis, ea die qua petierit, quod salarium, Iusdicens sub vinculo Sacramenti, debitæ taxare teneatur inspecta qualitate quæstionis.

¶ Quod nulla causa diffinitina, Committatur extra Ciuitatem nisi ascendat vltra libras quinquaginta Imperialium. Stat. 80.

NVLLA causa diffinitiua, committatur nec committi possit ad consulendum extra Ciuitatem Laudæ, nisi ipsa causa ascendat, vltra quantitatem librarum quinquaginta Imperialium, & si cõtrafactũ fuerit non valeat talis comminissio, nisi facta fuerit de voluntate vtriusque partis.

¶ Quod nulla Interloquutoria, Committatur extra Ciuitatem. Stat. 81.

NVLLA Interloquutoria, Committatur nec committi possit ad consulendum extra Ciuitatem Laudæ, nisi Sapiat vim diffinitiuæ, quo casu Seruetur statutum super diffinitiua, & si aliter factum fuerit, non valeat, ipsa Commissio, nisi fiat de voluntate vtriusque partis.

¶ Quod sententiæ portentur ad Cameram. Stat. 82.

QVILIBET Sentẽtia, quæ pronũtiabitur per aliquẽ reddentẽ Ius in Ciuitate Laudę, tã diffinitiua quã interloquutoria registretẽ ad Camerã armarij, Communis

Communnis Laudæ, infra tertiam diem postquã pronuntiata fuerit per notarium, qui eam sententiam legerit, & tradiderit, & si quis notarius cõtrafecerit cõdemnetur qualibet vice in libris decem tertiolorum, & si scribatur totum dicimus, & ponũtiamus, & per quem lata est, de cuius consilio, & inter quos, & dies qua pronuntiata fuerit, & nomen notarij, qui eam sententiam tradiderit sub pœna prædicta dicto notario.

¶Quod forasterii reddentes Ius, non cognoscant de causis hominum suę terræ vel prouintię. Stat. 83.

ALIQVIS Forasterius exercens, Iurisdictionẽ in Ciuitate vel Episcopatu Laudæ non posit audire seu cognoscere inuita, vel recusante aliqua ex partibus de aliqua quęstione seu causa, quę tangat aliquem de illa Ciuitate vel districtu, seu terra de qua erit, ille exercens Iurisdictionem oriundus vel incola, vel communitatem, vel vniuersitatem vnde esset oriundus vel incola, & si ille exercens Iurisdictionẽ, non esset de Lumbardia non posit cognoscere, de aliqua quæstione litæ vel causa, quæ tangeat aliquẽ seu aliquam vniuersitatem, de illa prouintia de qua esset ipsæ Iusdicens oriundus vel incola, & si contrafactum fuerit non valeat nec teneat.

¶ Qualiter mulieres causantes satisdare debent. Stat. 84.

MVLIER quæ habet maritum, & stat ad vnum panem,& vinum cum marito si contingat eã mouere quæstionem contra aliquam personam ante quam procedatur in causa satisdet parti aduersæ vel alij personæ recipienti nomine partis aduersæ expensas quæ fient in causa restituendi si subcombuerit in causa quæ locum habeant, & seruentur in ea muliere,de qua per testes vel alias probationes, vel publicã vocem,& famam constare potest,idoneam esse ad satisdationem faciendam, in alijs autem miserabilibus quibus graue est, fideiussionem inuenire cõmitatur Iuratoriç cautioni nec in eis dictum statutum vendicet sibi locum,quod scilicet an sint miserabiles seu tales quibus graue esset fideiussionem, inuenire cõmittitur arbitrio iusdicentis, aut boni viri, qui singulis pensatis,& põderatis inspiciat, & pronuntiet vtrum debeat satisdare vel solum præstare, iuratoriam cautionem, & prædicta, & quodlibet prædictorum nõ habeãt locum,si mulier habet bona perefrenalia sufficientia ad dictas expensas restituendas arbitrio Iusdicentis, quæ bona, & extimatio eorum ponantur in actis.

¶ Quod procurator,Tacite non reuocetur. Stat. 85.

NON reuocetur tacite,nec reuocatus esse intelligatur Procurator, vel Sindicus, ex eo quòd principalis fuerit postea in iuditio siue præsente, siue

ſiue abſente domino, vel procuratore nec alias liceat domino reuocare in præiuditium partis aduerſæ ſuū procuratorem, vel Sindicū niſi hoc expreſſè fiat, nec obſit niſi reuocatio ad notitiam partis principalis aduerſæ expreſsè peruenerit.

¶ RVBRICA GENERALIS, de Iuditijs in reali de prouiſione, de re non baratandi. Stat. 86.

RESPONSIONE facta interrogationi, ꝙ poſsidet ſtatim compellatur reus promittere cum ſacramento, & obligatione bonorum, de ea re ſaluanda, & non baratanda, & prout fuerit pronuntiatum reſtituenda, & inſuper quòd alienatio aliqua, quæ fiat per conuentum ipſo iure non valeat nec teneat.

¶ Quod nominans dominum in Iuditio denuntiet nominato. Stat. 87.

SI Quis reali actione conuentus dominum nominauerit, in Iuditio, denuntiet hoc nominato infra terminum à Iudice ſtatuendum, qui nominatus citetur, & ſi non Compareat procedatur in cauſa etiam in eius præiuditium.

¶ Quod nominans non eximatur, de Iuditio niſi nominatus ſuſceperit iuditium. Stat. 88.

PRAETEREA nominans dominum in iuditio, & detinens rem, non eximatur de iuditio, niſi

nominatus susceperit, iuditiũ Corã Illo Iusdicente Corã quo Iuditiũ agitatur, & nõ prosit alicui dicere, ego sum paratus deffendere Corã meo Iudice, & hoc nisi res sit de patrimonijs Ecclesiæ, Sed procedatur contra detinentem utsupra si placuerit actori.

¶ Quod nominans, & nominatus teneatur Iurare. Stat. 89.

PORRO Nominans, & nominatus teneantur Iurare, ꝙ nominatio nec Suscetio non fit per malitiam nec in fraudem.

¶RVBRICA GENERALIS, de interrogationibus in iurefiendis.

¶ De responsione facienda certis interrogationibus. Stat. 90.

INTERROGATVS reus an possideat rem de qua quæritur, non posit opponere aliquam exceptionem, antequam respõdeat clare, & sine aliqua condictione, se possidere vel non possidere, rem de qua quęritur, & si pro parte, pro qua, & quanta parte.

¶ De eodem. Stat. 91.

INTERROGATVS an sit hæres, vel non illius de quo quæritur non posit opponere aliquam exceptionem antequam respondeat, clare

& sine

& ſine aliqua condictione ſe eſſe hęredem, uel non eſſe hæredem illius de quo quæritur, & ſi pro parte, dicat de qua, & quanta parte.

¶ De eodem. Stat. 92.

INTERROGATVS Inſcriptis, an ſit hęres uel non & ſi ſe Immiſcuit, de hęreditate uel immiſcere intendat vel non & utrum Inſolidum vel pro parte, & utrum ab Inteſtato vel ex teſtamento, & utrum mediante alio vel non mediante, & vtrum poſsideat vel quaſi aliquam rem ſeu ius in totum, vel pro parte, & an ſuo nomine vel alieno reſpondere teneatur clare, & ſine condictione, in quacunque parte litis, controuerſiæ ſeu quæſtionis etiã ante libellum, & tunc quã do ante libellum inſeratur in Interrogatione causa quare interrogatur. ¶ Et idem ſit in omnibus aliis interrogationibus in quibus interrogatus de iure cõmuni reſpondere teneatur, & ad hoc interrogatus compellatur per omnia iuris remedia non obſtante Statuto, de ſapientibus dandis, nec aliqua exceptione vel denuntiatione qualiſcunque eſſe poſsit exceptio, vel denuntiatio etiam quiſquis eſſe velit interrogatus, Sed ſaluis omnibus ſuis exceptionibus, reſpondeat, & reſpondere teneatur vt ſupra.

TENEATVR quilibet producens inſtrumentum vel aliam ſcripturam, ſi de hoc fuerit interrogatus, reſpondere. Clare ſi vult illo vti, vel nō ad terminum per Iudicem aſsignandum, ad reſpondendum, alioquin habeatur, quod nō velit vti, Saluo ꝙ poſsit reſpondere, ſe velle vti ſolo modo pro parte, dum clare declaret, pro qua parte.

¶Quod quilibet teneatur reſpōdere cui foro in mediate eſt ſuppoſitus, & eligere domicilium. Stat. 94.

QVILIBET in iudicio interrogatus teneatur dicere, & reſpondere cui foro eſt, in mediate ſuppoſitus, aliter in ſui præiudicium habeatur, illud qđ erit deterius in eius præiuditium videlicet, ꝙ ſit de foro Poteſtatis Laudæ, vel alio foro donec Clare reſponderit, & ſi mentitus fuerit, & probatum fuerit, habeatur illud quod erit deterius contra ipſum. Idē tenetur eligere domum ſiue domicilium in Ciuitate Laudæ, vbi velit ſe debere citari, & hoc vt certum ſit ex dicto illius in qua parte ſit citandus.

RVBRICA GENERALIS, de exhibitione Inſtrumentorum.

¶Qualiter debet exhiberi Inſtrumentum cum die anno, & Indictione, & ſine eis.

SI QVA Partium vtatur Inſtrumento in examinatione

natione causæ littis vel controuersię alteri parti sine die anno, & Indictione petēti exhibere cogatur, nulla habita differentia, an reus sit vel actor, qui sibi desiderat Instrumentum exhiberi, verùm cum de die anno, & indictione exhibere compellatur, & copiá dare in illis casibus in quibus de iure cōmuni ad hoc potest compelli.

¶De exhibitione instrumentorum, & imbreuiaturarum. Stat. 96.

SI in aliqua parte littis controuersię seu causæ per aliquam partium postuletur exhibitionē Instrumenti seu Instrumentorum ad causam aliqualiū fatientis seu fatientium fieri ab aduersario habente facultatē exhibēdi, ad hoc aduersarius seu extraneus à quo postulatur teneatur exhibere, & copiam facere, illi parti, quæ postulauerit, infra terminum à Iudice statuendum, & ad hoc compellatur per omnia Iuris remedia nulla exceptione, vel denuntiatione obstante, & non obstante etiam statuto de sapientibus dandis. Et idem locum habeat in extraneo qui Imbreuiaturam alicuius instrumenti fecerit seu habuerit: & illud explere teneatur si est talis persona quæ de iure possit hæc explere, & explectum exhibere vel quòd possit pluries expleri, & ad quod explendum etiam possit tradens compelli, ad instantiam cuiuslibet ex contrahentibus seu quasi seu mandantibus. Illud fieri per Iudicem compellatur: si esset tale instrumētū, & intelligatur facere ad causam, si postulans exhibitionem iurauerit, ꝙ credit sua interesse.

De exhi-

AD Petitionem postulantis exhibitionem alicuius libri, rationis fieri, & iurantis q sua credit interesse, & q non calumniose petit exhibitioné fieri, teneatur quilibet iudicés cópellere, illum qui ipsum librum vel rationem habet, vel potest habere, vel potest exhibere ad exhibitionem, ipsius libri vel rationis per omnia iuris remedia. Ita tamen, q de illo libro vel ratione nulli fiat copia, nisi illi qui exhibitionem postulauerit, & quòd scriptura sic exhibita fidé faciat tam, Contra petentem exhibitionem, quã in eius fauorem quãtum est ad tolendum excludendũ vel defferendum intentionem illius, qui talem exhibitionem postulauerit circa. Id pro quo postulauerit exhibitionem fieri, & si negauerit habere, vel habere posse vel dolo desciisse habere vel posse exhibere librum, vel rationem quos aliquis per se vel alium exhiberi, & probatum fuerit contrarium puniatur in libris cétum terttiolorum, & vltra compellatur, ipsum librum vel rationem exhibere vt superius dictũ est.
¶ Idem per omnia seruetur si quis voluerit aduersarium conuenire ex aliquo libro vel ratione, ipsius aduersarij siue exhibitio fuerit postulata siue non.

¶ De pęna temere opponentis aliquem non fuisse notarium, consulem, seruitorem vel in offitio publice constitutum. Stat. 98.

ALLEGATIO seu oppositio, quòd si quis nõ fuerit notarius, consul, seruitor, vel in alio offitio

publico

publico constitutus, non admittatur, nec pro admissa intelligatur nisi fiat infra duos dies vtiles à die productionis, & in scriptis, & prestito sacramēto p principalem ad sancta Dei Euangelia tactis scripturis Coram Iusdicente, ꝙ credit oppositionem suam esse veram, & ea quæ in oppositione continentur, & quòd quælibet persona, quæ à modo in iuditio ante vel post litem contestatam, siue ordinariȩ siue exordinariæ procedatur negauerit, Coram aliquo Iusdicente per uiā negationis vel credulitatis dirrecte, vel indirecte per se vel per procuratorem habentem, speciale vel generale mandatum aliquem, esse vel fuisse notarium, & probatum fuerit. Id quod negatum fuerit ut supra, ꝙ talis negans vt supra causam ipso iure, & facto omittat, & amisisse, Intelligatur, & ulterius condēnetur in libris quinq; Imperialium qualibet uice applicandis Cōmuni Laudȩ, pro dimidia, & pro alia dimidia accusatori, & ꝙ ad probandū aliquē esse notarium sufficiat producere matricolam notariorum Laudæ, in qua sit descriptum nomen, & cognomen. Illius notarii vel Instrumentū notariȩ sicut talis notarius fuerit citatus notarius vel decē Instrumenta tradita vel subscripta per Ipsum talem notariū negatū ut supra, & una queq; dictarū probationū sufficiat per se absque alia probatione indè fienda, & prædicta locū habeant in notariū Laudensium tantū, & non in forēsibus, & Intelligatur quilibet notarius Laudensis, si in aliquo Instrumento fiat mentio quod sit Laudensis vel reperiatur in dicta matricola descriptus.

¶RVBRICA GENERALIS, de positionibus.

¶Quod quilibet teneatur respondere, Clare positionibus, credere vel non credere. Stat. 99.

QVILIBET in qualibet lite, etiam vbi proceditur summariȩ de plano sine strepitu, & figura iuditij teneatur quibuslibet positionibus factis vsq; ad sententiam diffinitiuam exclusiue clare,& non sub condictione aliqua respondere credere,vel non credere,infra terminum per Iudicem statuendum,& si principalis contra quē fiunt positiones,fuerit præsens,posit iusdicens infra secundum diem,per omnia iuris remedia compellere ipsi respondere,aliàs si clare non responderit vt supra,posit & teneatur Iudex ipsas positiones pronuntiare pro confessatis,& ad hoc compellatur, per omnia iuris remedia, nulla exceptione vel denuntiatione obstante, etiam non obstante statuto, de sapientibus dandis.

¶RVBRICA GENERALIS, de testibus, & probationibus.

¶De Capitulis dandis ante receptionem testium. Stat. 100.

TESTES Super capitulis nō recipiantur nisi prius porrectis capitulis, & copia oblata, & si petita fuerit data, alioquin non valeat depositio testium.

Quod

¶Quod per testes non possit probari, bannum emãcipatio, interdictum res libelaria, & cætera alia. Stat. 101.

PEr Testes non possit probari bannum nec emãcipatio, nec interdictum administrationis bonorum, nec ꝙ res sit libelaria vel feudataria nec aliquid fore, Sententiatum nec generalis alienatio omnium bonorum seu quotæ partis.

¶Quod malosserius possit esse testis. Stat. 102.

PRosoneta Seu malosserius possit esse testis, & ad testimonium dicendum compelli nec eius testimonium reprobetur eo, quia fuerit prosoneta seu malosserius.

¶Quod venditor non possit dicere testimonium, ad instantiam Emptoris. Stat. 103.

VEnditor Ad instantiã Emptoris, vel alterius habentis causam ab eo in causa rei venditæ testimonium dicere non possit, etiam si eius nullo modo intersit.

¶Idem seruetur in quolibet alio alienãte, vt in causa rei alienata, ꝙ ad instantiam acquisitoris vel alterius habentis causam ab eo testimonium dicere non possit, & si eius nullo modo intersit.

¶Quod Coloni,& Inquilini posſint compelli ad perhibendum teſtimonium. Stat. 104.

COLONI, & inquilini tam pro domino, quam contra dominum, ad teſtimonium perhibendũ poſſint admitti,& compelli.

¶De teſtibus cogendis. Stat. 105.

OMNES Cogantur teſtimoniũ perhibere in omni cauſa,Ciuili vel Criminali, cõtra quamlibet perſonam,exceptis patre,matre,filio,filia, Auo,aua, ablatico,ablatica,fratre,ſorore,marito, vxore, Socero,nuru,genero,& ſocru, qui cõtra ſe nec pro ſe perhibere cogantur,nec etiam volentes admittantur.

¶ Qualiter Iudex, vel conſultor poteſt accedere, ad videndum diſcordiam. Stat. 106.

SI IN aliqua litę quæſtione vel controuerſia titubauerit conſulentis,vel iudicantis circa qualitatem vel eſſentiam rei,de qua fuerit quæſtio, poſſit Iudex vel conſultor,ſi ſibi videbitur perſonaliter ad locum rei accedere pro veritate dicenda,cognoſcenda, vel iudicãda,vt veritati ſemper ſit locus, & ſuper prædictis non habetur conſilium ſapientis.

¶De probatione liberationis,contra publicum inſtrumentum. Stat. 107.

ITEM ſi inſtrumentum debiti, quod non ſit commune,ſit pœnes debitorem præſumatur debitum

eſſe

esse solutũ, debitore Iurante q̃ debitũ est solutum, & sufficiat hæredibus debitoris Iurare de credulitate.

¶Qualiter quis presumatur mortuus. Stat. 108

SI Dubium fuerit de morte alicuius presumatur mortuus, si probetur per uocem, & famam.

¶De pena recusãtis perhibere testimoniũ. Stat. 109.

SI Quis recusauerit perhibere testimoniũ qui alias de Iure cogi posset, condemnetur si causa fuerit ciuilis, pro qua testimonium debuerit perhibere in libris decem tertiolorũ, & plus arbitrio Iudicis, inspecta qualitate causæ, & personæ, Si vero Criminalis in libris vigintiquinq; tertiolorũ, & plus inspecta qualitate causæ, & nihilominus Iusdicens omnibus iuris remedijs posit, Contra eum per offitium procedere ipsum personaliter venire compellendo ad perhibendum testimonium, & ad condemnandum in dicta quantitate.

¶Declaratio quòd dictum testis, non valeat in certis casibus. Stat. 110.

DICTVM Testis non valeat si deposuerit super eo, quòd confiteri audiuerit mediante muro, aside cortiua, vel alia huiusmodi mediaturam, & hoc si apparuerit per dictum ipsius testis.

¶RVBRICA GENERALIS, de Iure iurando.

¶De Sacramento præstando, vel referendo in qualibet causa. Stat. III.

STATVITVR q in qualibet causa ciuili, in qua à parte parti, ius iurandum defertur siue ante siue post libellũ, teneatur pars illa cui defertur sacramentum Iurare ad terminum per Iudicẽ statuendũ ad Iurandũ, qui terminus non sit minor tribus diebus uel Ius iurãdum referre, dum dictum Sacramentum deferatur in facto proprio eius cui defertur, & stetur Sacramento eius cui defertur in omnibus, & per omnia tam super forma Sacramenti quam super quibuslibet aliis dependentibus vel facientibus ad negotiũ de quo quęritur, & in sacramento fit mentio, quo ad excludendũ vel deferendum Intentionem deferentis sacramentum, & si ille cui delatum est sacramentum ipsum, non præstiterit in ipso termino, habeatur ipso iure pro relato ipsi deferẽti quo casu sufficiat iurare de Credulitate per eum cui habetur pro rellato qui deferens sacramentum, & cui fuerit relatum vel pro relato habitum utsupra iurare possit super ea forma infra similem terminum quo primus iurare vel referre debeat, & si iurauerit ad dictum terminum, stetur eius sacramento, tam per se quam contra se, & si non iurauerit utsupra habeat illud sacramentum pro non delato, & pro non relato, nec possit post hoc dari forma sacramenti, & hoc statutum obseruetur, & obseruari

debeat

debeat precise per quemlibet Iusdicentem non obstã te statuto de Iudicibus dandis, nec aliqua alia exceptione vel oppositione.

¶RVBRICA GENERALIS, de dilationibus, & ferijs.

¶Quod dies termini non computetur in termino. Stat. 112.

IN QVALIBET dilatione siue termino, hominis vel iuris in qua seu in quo occurrat pluralitas dierũ integrorum vel incęptorum dies termini seu dilationes non Computentur in termino siue dilatione ea tum die qua statuitur, ab homine vel à iure terminus, siue dilatio possint agitari contenta, in ea dilatione siue termino, & prædicta locum habeatur, tam in Ciuili, quam in Criminali.

¶De eodem. Stat. 113.

SI VLTIMA Dies alicuius, termini seu dilationis, Iuris vel hominis, Inciderit in diem feriatam, sequens dies non feriata, pro illo reputetur, & prædicta habeant locum, tam in Ciuili quam in Criminali.

¶Qualiter currit tempus prorogationis Instantiæ banni vel alterius iuris. Stat. 114.

SI CONTINGERIT tempus Instantiæ banni, termini siue dilationis, vel aliud tempus

prorogari tunc tempus prorogationis, Incipiat curre re finito termino Ipsius instāte banni termini siue dilationis vel alterius temporis, & prædicta locum habeant, tam in Ciuili, quam in Criminali.

¶ Quod omni die non prohibito iura reddantur. Stat. 115.

OMNI die iura reddantur, & causę teneantur nisi in hijs de quibus, Spetialiter dispositum est, in Contrarium à iure municipali.

¶ Qualiter possunt testes produci, & recipi in feriis Mesium, & vendimiarum. Stat. 116.

IN OMNIBUS Casibus in quibus mora esset allatura periculum ex eo quod tardaretur seu deferretur receptio, seu testium depositio temporibus messium, & vendimiarum fieri posit.

¶ QVANDO INCIPIATVR Annus, & Indictio. Stat. 117.

MORE Laudensi, Annus incipere consueuit, & de cætero Incipiat in festo NATIVITATIS DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, & Indictio in Calendis Septembris.

Quod

¶Quod notarii Iuſdicentium in actibus ſuis debeant notare illos dies, & horas, quibus Iuſdicentes non aſcendunt banchum pro iure reddendo. Stat. 118.

NOTARII Iuſdicentiũ in actibus ſuis teneantur ſcribere,& notare, illos dies,& illas horas, quibus Iuſdicentes,ad quod banchum ſedent non aſcendunt banchum,pro iure reddendo ſub pœna librarũ decem tertiolorum,quam incurrant ipſo iure, & detur fides,illi ſcripturæ niſi contrarium probetur, & talis dies qua banchũ aſcẽderit bis habeatur pro vtili,& ſi non aſcenderit niſi ſemel habeatur pro media vtili.

¶De ſubitis conteſtationibus, & ſequeſtris. Sta. 119.

NON obſtante colocatione cauſarum,nec aliquo alio die poſsit fieri conteſtatio, & ſequeſtrũ, de bonis, & rebus,illis de quibus dubitatur ſeu timetur, ne reportentur vel aliqualiter baratentur, & de caſibus in quibus dubitatur ne negotium velociter, vel propter tarditatem tranſiret in ſiniſtrum.

¶Quod non noceat bannum Impedito cauſa rei publice. Stat. 120.

SI QVIS tempore quo in banno petierit cauſa rei publice abſcens fuerit vel impeditus cauſa rei publice non noceat rei bannum.

¶RVBRICA GENERALIS, de præſcriptionibus.

¶De ſcripto manu debitoris petẽdo Infra duodecim annos. Stat. 121.

QVILIBET Qui habet vel de cætero habebit ſcriptum manu debitoris factum vel eius manu ſubſcriptum debeat. Illud petere, vel ſaltem requirere in Iudicio, vel extra infra annos duodecim à tempore conteſtationis, Illius ſcripti, & ſi ſteterit per annos duodecim, quòd non petierit ſeu requiſiuerit, per Illud ſcriptum ſeu contenta in eo ſcripto, ꝙ illud ſcriptum ſit nullius valoris, & momenti, & præſumatur. Illud ſcriptum eſſe Solutum, & prædicta habeant locum tam in ſcriptis hinc retro factis quam de cætero fiendis.

¶ Quod præſcriptio non proſit alicui Contra commune Laudæ in certis caſibus. Stat. 122.

CONTRA Commune Laudæ in hiis quæ ad Iuriſdictiones, & honores Communis Laudæ pertinent nemini proſit præſcriptio, præteriti temporis, & futuri nec admittatur currere poſsit, iuribus Communis Laudæ, integris, & illęſis omni tempore permanſuris, & per præſentia ſtatuta, & ordinamẽta nõ tollátur, nec reuocentur, nec reuocata eſſe intelligantur aliqua alia ſtatuta, & ordinamenta præterita faciẽtia mentionem de aliquibus, iuribus honoribus, & Iuriſdictionibus pertinentibus Communi Laudæ. Sed

Ipſa

Ipsa omnia statuta, & ordinamenta firma sint, & in suo statu permaneant.

¶RVBRICA GENERALIS, de arbitris, & arbitratoribus, & compromissis.

¶Quæ arbitramenta non possint dici Iniqua. Stat. 123.

POSTQVAM facta fuerint præcepta arbitria, & arbitramenta, Inter ascendentem, & descendentem vel agnatos, vel cognatos, vel affines affinitate, præsenti vel præterita, vel vicinos eiusdem parrochiæ, vlterius non possint dici iniqua, nec possit de vel ab eis appellari, querelari, nec supplicari, Sed elapso termino siue terminis contentis in præceptis arbitrijs, & arbitramentis, vel elapsis triginta diebus si terminus non fuerit in eis appositus debeant exequutioni mandari omnibus, iuris remediis.

¶De arbitramentis pro quibus pronuntiatum fuerit ꝙ mandetur exequutioni. Stat. 124.

IN OMNIBVS Prçceptis arbitriis, & arbitramentis qui dicta fuerint, Iniqua vel Iniusta infra tempus compræhensum in statutis Communis Laudæ, super quibus pronuntiatum fuerit, pro ipsis præceptis arbitriis vel arbitramẽtis, ab ea pronũtiatione seu sentẽtia, nõ possit querelari, appellari, supplicari, nec de nullitate agi

nec aliquo modo excipi, Sed fiat exequutio prout in Statutis Comunis Laudæ continentur.

¶De præceptis arbitriis, & arbitramentis exequutioni mandandis. Stat. 125.

QVILIBET Iusdicés teneatur, & debeat exequutioni mandare omnibus Iuris remediis, omnia arbitria, & arbitraměta, per quoscunq; arbitrum vel arbitratorem vel arbitratores facta vel quæ fierent, & quę seruata non essent, & si aliquis voluerit dicere vel allegare pręcepta arbitria vel arbitramenta arbitri vel arbitratoris esse iniusta, vel iniqua debeat hoc, infra quinq; dies vtiles, à die pręceptorum arbitriorum vel arbitramentorum, & scientiæ eorum, dicere & inchoare tam in agendo, quam excipiendo de grauamine, & iniquitate, & de omnibus suis iuribus non obstantibus quibuscunq; renuntiationibus factis per partes in compromisso, ꝙ siue æque siue inique pronuntiet arbitramenta, & non obstante iuramento, & licentia data, ꝙ posit accipere de iure vnius partis, & dare alteri, &c. Et hoc casu posit procedi extra ordinem ět nulla iuramenta vel statutorum soleinnitate seruata, quo termino elapso, exequutio fieri posit, & debeat ad petitionem partis requirentis per Iusdicentem de Ipsis pręceptis arbitriis vel arbitramentis nisi inchoatum fuerit conquæri, infra dictos dies quinque vtiles de grauamine, & iniquitate Ipsorum.

Quod

¶Quod tempus præceptorum, & arbitramentorum non currat nisi Scienti. Stat. 126.

TEMPUS de quo fit mentio in pręcepto arbitrio, vel arbitramento non currat nisi scienti.

¶RUBRICA GENERALIS, de verborum significationibus.

¶Quod comprænhensa in legibus municipalibus cõmunis Laudæ, possint explicari per legittimã personam. Stat. 127.

PER Legittimam personam quæ alias esset sufficiens, & habilis de iure communi respectu eius pro quo Cõpareat, possint omnia in præsentibus statutis, & alijs legibus municipalibus, communis Laudæ compręhensa explicari, quamuis verba præsentium statutorum, & aliorum iurium municipalium sint concepta in personam principalis.

¶Quod certa verba reprę sentent Idem. Stat. 127.

HAEC verba, Causa lis quęstio, contentio, discordia, & controuersia. Idem repræsentent siue lis sit contestata siue non.

¶Declaratio verborum qualiter debet procedi summariç de plano, & sine strepitu, & figura Iuditij. Stat. 129.

QVIA Sepç in statutis Communis Laudç, fit mentio, quòd in certis casibus procedatur vel procedi posit vel cognosci summariæ de plano sine strepitu, & figura Iuditij declarantes dicta verba Statuerunt, ꝙ vbicunq; in statutis dicta verba vel aliquod eorum sint posit procedi, & cognosci hoc modo videlicet, Sine datione libelli, Sed qualis petitio vel requisitio, ad instar cuiusdã memorialis, pro parte actoris scribatur in actis, Coram Iudice competẽti super qua posit cognosci per Iudicem absq; aliqua litis cõtestatione, tamen tempore feriato ob necesitates hominum introducto, non procedatur nisi de voluntate partiũ, tacita vel expressa vel nisi in ordinibus Cõmunis Laudæ, aliter caueatur, dillationes quoq; dentur breues, Iudicis arbitrio secundũ negotij qualitatem, & posit Iudex qui sic summariæ procedit assumere vnum sapientem de Collegio Iudicum Laudæ, vel vni committere, tam super Interloquutoria quã diffinitiua, si tamen in præmisis casibus, solennis ordo Iuditiarius, in toto vel in parte cõtradicentibus partibus obseruetur, non propter hoc erit processus Irritus, nec irritandus, & ad tollendum omne dubiũ, teneatur Iudex cum de hoc fuerit requisitus pronuntiare, vtrum ordinariç an summariæ sit procedendũ, & eius pronuntiationi stetur. Idem in quocunq; casu in quo summariæ posit procedi.

Qualiter

¶ Qualiter masculinum, Comprehendat fœmininum. Stat. 130.

IN CIVITATE, & districtu Laudæ, masculinum, comprænhendit fœmininum in hiis quæ congruūt vtriq; sexui, saluo ꝙ in successoribus ab intestato hoc non habeat locum, sed in illis obseruetur secundum, quòd iuxta sexum masculinum, & fœmininum hoc iure municipali cautum est, quo deficienti stetur iuri communi.

¶ Quod nō posit fieri appellatio nisi semel. Sta. 131.

NON Posit fieri appellatio, nisi semel ab vna parte.

¶ Quod verus contumax posit appellare. Stat. 132.

QVILIBET posit appellare, non obstante, ꝙ fuerit verus contumax.

¶ Quod dicens sententiam nullam, si subcombuerit non posit appellare. Stat. 133.

SI Quis dixerit sententiam nullam, & in ipsa causa nullitatis subcombuerit, non posit ab ea Sententia, in causa nullitatis lata appellare, nec de eius nullitate agere.

Quod

¶ Quod non posſit appellare ad Aduocatum nec ad agnatum. Stat. 134.

NON posſit elligi in iudicem Appellationis, aliquis qui fuerit Aduocatus in cauſa ſeu quæſtione ſuper qua lata eſt ipſa Sententia, a qua ſit appellatũ nec aliquis ex iudicibus appellationũ qui ſit agnatus eius, cuius nomine appellatur, & ſi cõtrafactũ fuerit, nõ valeat nec teneat, ipſa appellatio nec electio.

¶ Quod quilibet ex iudicibus appellationum, Intelligatur eſſe maior. Stat. 135.

QVILIBET ex iudicibus appellationum cenſeatur, & intelligatur eſſe maior Iudex. Illo qui tulit Sententiam quo ad hoc vt appellari poſsit ad eum a ſententia lata, & ferenda per aliquem Iuſdicenté.

¶ De ſatiſdatione dicentis, Sententiam nullam. Stat. 136.

QVILIBET qui dicit Sententiam nullam, teneatur dare ſatiſdationem, quemadmodum tenetur, Ille qui appellat.

¶ Quanto tempore durat, Cauſa principalis nullitatis. Stat. 137.

CAVSA nullitatis principalis, non duret nec durare poſſit vltra quam duret cauſa appellationis, & eo modo in ea cauſa nullitatis procedatur quẽadmodũ eſt, ſeu procedi poteſt in cauſa appellationis.

Quod

¶ Quod posſit ſimul, & ſemel appellari, & de nullitate ſententiæ dici. Stat. 138.

POssit Simul, & ſemel appellari, & de nullitate ſententiæ dici, & proſequi Coram Iudice appellationis, hoc modo q inquantum nulla ſit nulla dicatur, & inquantum, dicatur iniuſta ſeu iniqua, vel iniuſta, ſeu vt Iudici videbitur de iure.

¶ Quod Iudex appellationum, poſsit principalē ſententiam reformare. Stat. 139.

IVdex appellationum poſsit in ſua ſentētia, principalem ſententiam reformare, & corrigere in toto vel in parte, vt Iuſtitia ſuadebit, licet ſic non fuerit petitum, vel tali format appellatum.

¶ Qualiter poſsit procedi non obſtante abſentia appellari. Stat. 140.

IN Cauſa appellationis, & nullitatis, poſsit ſemper & debeat procedi non obſtante abſentia appellari, dum citet, vel alias moueatur vel procurator eius ſeu legittima perſona pro eo in proceſsibus in quibus de iure moueri debet, vſq; ad finem cauſæ.

¶ Quod à ſententijs taxationum, non poſsit appellari nec aliud offitium Implorari. Stat. 141.

AB Aliquibus ſententiis latis, vel ferendis, ſuper taxationibus expenſarum vel ſuper eo, de quo

quæ.tio

quęſtio vertitur, an expenſę debeantur an ne, nō poſſit appellari, querelari, ſupplicari vel de nullitate agi, vel excipi nec aliquod offitium Implorari.

¶ De grauamine pręcepti, & interloquutorię. Stat. 142.

SI Quis de cætero voluerit aliquod præceptum ſeu aliquam interloquutoriam, latum ſeu latam partibus præſentibus, vel vna parte præſente, & alia per contumatiam abſente, abſq; conſilio ſapientis contrario Imperio per eundem Iudicē debere reuocari, poſſit & debeat hoc dicere, infra duos dies vtiles à die grauaminis illati, & Sententiæ computandos, & ſi nō dixerit in termino vt ſupra vlterius non audiatur, & tūc ſi in tēpore dixerit teneatur, ipſa die vel ſequenti proxime iuridica deponere ſalarium ſapientis, & dare cōfidentes ſuos, & cogatur conſiliarius per Iudicem dare conſilium ſuum, infra dies decem continuos per omnia Iuris remedia, & ſi contingat aliquem dicere Interloquutoriam ſeu præceptum cōtrario Imperio reuocare, & ſubcombuerit amplius ad tale grauamen proſequendum non audiatur.

¶ A quibus Sententijs Interloquutoriis non licet appellare, querelari, Supplicare, nec aliter agere. Stat. 143.

A SNTENTIIS Interloquutoriis latis vel ferendis, de conſilio alicuius vel aliquorum Iuriſperitorum, vel per Iuſdicentem de expreſſo

conſenſu

consensu partium, non posit appellari nec supplicari nec aliter de grauamine agi, conqueri vel excipi.

¶De personis quibus licet appellare pro alio vel alijs. Stat. 144.

PROCVRATOR ad Causas posit, & ei liceat Appellare, & causam appellationis prosequi, & alia facere, quæ expedierint in ea causa appellationis siue dictus procurator fuerit in ea causa ex qua secuta est, appellatio siue non liceat etiam cuilibet alii personæ pro alio appellare, dum tempore quo appellat vel infra dies octo à die talis interpositionis appellationis, Inclusiue satisdationem faciat, cum Idoneo fideiussore vel Idoneis fideiussoribus, quod ille pro quo vel cuius nomine appellauit vel appellat ratum, & firmum habebit, eo in iuditio stabit, & perseuerabit, & quæ indicabūtur super ea appellatione attēdet, & obseruabit.

¶RVBRICA GENERALIS, de exequutionibus.

¶De possesione tediali danda, Contra debitorem, & De exequutione eiusdem.

QVILIBET Iusdicens si inde fuerit requisitus, teneatur mittere creditorem in possessionem corporalem, bonorum debitoris cui factum fuerit præceptum prout continetur in statuto, quod incipit si quis prima faciæ vel aliter appareat debitor, & debito liquidato vsque ad

summam

summam debiti liquidari, seu declarari vt supra per Seruitorem Communis Laudæ,& vltra creditor procedere voluerit, teneatur denuntiare debitori, q ipse creditor accepit possesionem.

¶ Quod non detur præceptum intrtandi possesionem nisi citato possessore. Stat. 146.

NVLLVS Iusdicens posit nec valeat, concedere aliquod præceptum, Intrandi possesionem alicuius rei Immobilis, nisi citato eo qui esset in possesione seu tenuta,& prædicta non vendicent sibi locũ in exequtione sententiæ vel precepti facti in confesũ nec in illis casibus quibus precesit possesio tedialis, & vltimo procedi ad accipiendum possesionem corporalem vel nisi aliter sit concessum alia lege municipali, quo casu concesso, vel casibus concesis concedere posit,& debeat,& si contrafieret cõdemnetur Iusdicens in libris centum tertiolorum,& id quod in cõtrarium fieret nullius sit valoris,& momenti.

¶ De præcepto concedendo ad exequutionem pactorum. Stat. 147.

VIGORE Pactorum, Insertorum in instrumento vel instrumentis, in vel quibus non sit præscriptum teneatur Iusdicens, contra obligatum vel obligatos in Instrumento,& eorum hȩredes mittere creditorem in possesionem rerum immobilium citato tamen eo, qui sit obligatus in Instrumẽto vel eius hæredẽ,& in possesione seu tenutã manutenere, & hoc

nisi

nisi infra quinq; dies vtiles, ipse citatus possidens seu tenens ostendat legittimam defensionem.

¶De sententijs exequutioni mandandis. Stat. 148.

QVILIBET Iusdicens, qui inde fuerit requisitus, teneatur exequutioni mandare sententias per eum vel per precessores suos latas, vel quę de cætero fererentur omnibus iuris remediis elapso termino in sententia apposito, vel elapsis triginta diebus. Si terminus in sententia non fuerit appositus etiã sine aliqua citatione sub pœna librarum vigintiquinq; tertiolorum sui salarii vel de suo proprio, Saluo ꝙ si quis petierit exequutionẽ alicuius sententiæ latæ ab vno anno retro, ꝙ tunc Iudex non debet, exequi sententiam nisi citato eo contra quem petitur exequutio, vel hæredibus eius quo citato vel hærede eius, & non comparente vel comparentibus, & legittimam causam defensionibus nõ ostendente fiat exequutio non obstante eius contradictione, Cui quantum est, in hac parte sit derrogatum, Ipso Iure.

¶Qualiter creditor ad petitionem aliorum creditorũ teneatur recipere in solutum de re quam possidet. Stat. 149.

SI QVIS creditor possiderit de rebus debitoris sui teneatur ad petitionem aliorum creditorum suorum seu alicuius eorum accipere in solutum de re quam possideat vsq; ad quantitatem crediti sui, & su

perfluum

perfluum relinquere aliis suis creditoribus, & hoc expediatur offitio Iudicis sine libello, & hoc habeat locum in illis rebus quæ commodam diuisionem recipiunt.

¶ Qualiter robatæ res, debent vendi ad vtilitatem debitoris. Stat. 150.

SI PLVRES res robatæ sint siue vna vice siue pluribus, & contingat res posse vendi, quod vendantur solummodo illæ quæ sufficiant, ad debitum soluendum, si commodam diuisionem, & non damnosam recipiunt, & si residuum sit alienatum, contra hoc teneatur ad interesse pro alienatione, Illius residui.

¶ Quod pro debito priuato, nemo personaliter capiatur nisi in casib. Spetialiter cócessis. Stat. 151.

PRo debito priuato regulariter, nemo personaliter, posit capi nec contestari nisi in casibus quibus spetialiter, Iure municipali sit cautú in contrariú.

¶ Quod in certis casibus non posit extimator dare insolutam. Stat. 152.

NON posit de cætero per extimatores dari, insolutum creditori, aliquid prætextu, vel sub colore alicuius damni, vel interesse pasi, vel expensis, vel melioramentorum monetæ, nisi prius fuerit certum vel liquidum, & si Contrafactum fuerit, non valeat talis extimatio nec insolutum datio pro tali dáno, &

interesse

interesse expensis, & melioramento monere.

¶De extimationibus quæ fieri velint secundum formam Iuris Communis. Stat. 153.

PER aliqua statuta loquentia de extimationibus, & dationibus insolutum nõ fiat nec factum esse intelligatur præiuditium alicui volenti aliquam rem secundum formam iuris communis facere extimari, & insolutum accipere, & retinere.

¶De exequutione expensarum in fauorem victoris, contra certos alios facienda. Stat. 154.

IVDEX Possit cogere partem contra quam fuerit lata sententia ad soluendũ expensas victori factas, in litæ, quæstione, vel causa, vel eorũ occasione, quibuscunq; Iuris remediis, & etiam per capturam personæ subcombentis post condemnationem expensarũ, & taxationem factam.

¶De exequutione facienda contra subcombentem pro eo quod solutum fuerit pro ipso. Stat. 155.

AD Petitionem illius, qui pro eius aduersario in causa aliquid soluerit consiliario vel assumptio, vel Notario pro scriptura consilii vel arbitro, vel arbitratori, vel eius consiliario, vel consiliariis vel Notario seu Notariis pro scriptura seu recepta testiũ cõpellatur omnibus iuris remediis, & personam detinẽdo, & pignora capiendo. Illæ qui subcõbuerit in cã ad

restituendum illud quod solutum est pro eo, cũm expensis futuris ea occasione factis, non obstante aliqua inhibitione causarum vel captionum facta vel facienda in futurum.

¶Quod deposita, & sequestra non fiant penes singulares personas. Stat. 156.

NVLLVSVE singularis, depositum nec sequestrũ recipere compellatur nec super aliquo singulari inuito ponatur depositum nec sequestrum, & si contrafactum fuerit non valeat, & seruetur indemnis per Seruitorem, & per actorem, & quemlibet eorum in solidum, donec conseruatio ad plenũ fuerit subsequuta, quæ non habeant locum in illis nec eorum, fauorem penes quos esset tempore cõtestationis bonaq; sequestrarentur vel deponerentur vel in recommẽdatione ponerentur. Sed ipsi penes quos talia essent, conseruare teneantur ad voluntatem Iudicis si & prout alias debebit de iure.

¶De Terris, & bonis cuiuslibet per sacramentum manifestandis. Stat. 157.

OMNES homines Cuiuscunq; terræ teneantur, & debeant si ad hoc fuerint requisiti per sacramentum, secũdum suum scire manifestare terras, & bona cuiuslibet quæ sunt in illo territorio, vel partibus circumstantibus, & ad hoc posit compelli per omnia iuris remedia.

De sum-

¶ De summaria ratione facienda, & fienda Contra Gubernatorem pignorum. Stat. 158.

CONTRA Gubernatores pignorum Ciuitatis, & districtus Laudę, fiat per quemlibet Iusdicentem ius summarium, & expeditum, etiam extra ordinem, & de plano, & sine strepitu, & figura iuditii ad exhibitionem librorum suorum, & pignorum, & ad bonam rationem reddendam, & reliqua restituenda de omnibus quæ tangunt ad suum offitium, & hoc expediri possit offitio iudicis, & sine libello durante offitio suo & finito.

¶ Quod animalia robata restituantur, si fiet depositũ de extimatione animalis. Stat. 159.

SI QVIS robari fecerit aliquod animal teneatur illæ ad cuius petitionem robatio facta fuerit restitui facere animal robatum. Si robatus depositum fecerit, penes idoneam personam elligendam per iudicẽ de extimatione animalis robati seu de re æquiualenti animal robatum vel extimationem, & extimatio fiat per personam ellectam per Iudicem, & prædicta locũ habeant, nisi dictum animal venditum fuerit post denuntiationem legittimam factam, verum si aliquod animal sit detentum eo, quia dicatur in commissum cecidisse restituatur cum satisdatione de eum præsentando seu eius extimationem secundum quòd fuerit declaratum de iure.

¶ De pœna vetantium seruitori volenti facere exequutionem. Stat. 160.

NVLLVS debeat claudere Ianuam, nec hostium habitationis suæ nec alterius nec aliter prohibere, nec impedire quin fiant, & expediātur pignorationes, & alia quæ Seruitor habuit in mandatis, & qui cōtrafecerit puniatur, Illę contra quem fit exequutio arbitrio iudicis inspecta qualitate facti, & pęrsonarum & creditor de hoc seruitori, cū vno teste idoneo, eodem modo puniatur si inuenta fuerit clausa porta, vel hostium, & per Seruitorem petatur debere aperiri si non aperiatur, Saluo quòd in prædictis casibus, & quolibet eorum, si reus cum actore fuerit in concordia, infra dies decem à die citationis de prædictis non procedatur.

¶ De pœna auferentis rem robatam contra voluntatem seruitoris. Stat. 161.

SI QVIS rem legittimæ robatam seu pignoratam abstulerit contra voluntatē seruitoris, vel deferentis, condemnetur in libris decem tertiolorum. Et nihilominus teneatur ad cōsignationem rerum ablatarum ad quā condemnationem compelli posśit, per Commune Laudæ. Illæ qui pignoratus fuerit, si præsens fuerit dictæ robationi vel aliquis de familia eius, & credatur seruitori cū teste Idoneo, eodem modo puniatur. Illæ qui rē legittimę sequestratam vel in custodiam positā

exportauerit,

exportauerit, ſine licentia Iudicis vel partis, & credatur illi pęnes quem res fuit ſequeſtrata vt ſupra, & nihilominus teneatur conſeruare indemnem quemlibet qui ea occaſione ſubſtinuerit damnum.

¶De eodem pro capto ablato de manu ſeruitoris, vel famulorum. Stat. 162.

SI Quis de manibus ſeruitoris, vel famulorum per vim abſtulerit captum ſeu detentum legittime ꝓ debito priuato, vel contumatia priuata, condemnetur in libris quinquaginta tertiolorum, per illum Iudicē, de cuius præcepto captio facta fuiſſet, & ad conſignādum ipſum infra menſem vnū, ex quo requiſitus fuerit, aut ad ſoluendum pro ipſo illud pro quo detinebatur, & eſſet debitor, ſi de debito conſtet quæ expediantur offitio Iudicis.

¶De examinationibus quæ fieri poſſunt ad petitionē domini, contra eius Maſſarium. Stat. 163.

LIcitum ſit cuilibet, qui dederit aliquam poſſeſſionem vel prædium ruſticum ad maſſaritium, per viam medietatis vel tertii, vel alterius quotæ partis vel eius nuntio procuratori vel hæredi, Sua propria auctoritate ēt ſine ſcripto, & auctoritate Iudicis, & ſine alio proceſſu, capere & accipere quaſcūq; res mobiles, quas habeat, & teneat vel poſſideat maſſarius ſiue partiarius ꝓ quocūq; debito qđ habere debuerit occa

ſione maſſaritii,ab ipſo maſſario,dum primo,& ante omnia appareat,vel conſtet de dicto debito, Saluo q̄ nō præferatur dominus Illę,alicui tertiæ perſonæ quę legittimę probet habere dominium in beſtiis datis in ſocidum dicto maſſario. Si vero ſit alius fictabilis nō partiarius,prædicta omnia locum habeant pro eo q̄d ea ratione à prædicto fictabili habere debuerit vt præferatur aliis creditoribus,etiam tempore prioribus in rebus natis,ex re ad fictum data,dum tamē domini faciat debitam,& legittimam probationem de debito, & q̄ res quæ teneatur vel poſſideatur per ipſum fictabilem, ſit nata,ex re data ad fictum credatur proprio ſacramento domini teneatur tamē dominus. Illæ qui acceperit aliquid de dictis rebus à maſſario,& fictabili ſupraſcriptis,Ipſas res deſcribi facere ſingulariter,& ordinatæ in actis Vicarii,ſeu Iudicis D. Poteſtatis Laudæ,infra tertiam diē poſtquam dictæ res acceptæ fuerint,ſub pœna librarum quinq; Imperialium, & relaxationis dictorum rerum.

¶ Infra quantū tempus pignora robata,debent conſignari Gubernatori pignorum. Stat. 164.

QVILIBET Seruitor qui robauerit, vel pignotauerit aliquas res in Ciuitate, Burgis, vel Epiſcopatu Laudæ teneatur conſignare res pignoratas Gubernatori pignorum,Infra tertiam diem à die pignorationis factæ ſub pœna librarum quinque Imperialium quam Incurrat ipſo facto, & ponatur ad catenam, vbi ſtet per vnam diem niſi pignoratus ſe conuenerit cum creditoribus ſiue cum, eo ad cuius Inſtantiam

ſit facta

sit facta pignoratio de ipsis pignoribus rellaxandis dicto tali creditori, vel deponendis penes aliã personã.

¶Quod cohacti, vel impediti pro alio conseruentur, indemnes. Stat. 165.

QVILIBET qui stetit vel stabit captus vel robatus seu cohactus, pro aliquo communi vniuersitate vel singulari persona, ad Instantiam Communis Laudæ, vel alicuius offitialis ipsius Communis posit omne, & totum Id quod soluisse reperiatur eum vel rationabiliter expẽdisse pro eo communi vniuersitate vel singulari persona consequi, & exigere, & si esset auere Communis Laudæ, quòd talem habeat actionẽ qualẽ habet Commune Laudæ, in creditis suis, & hoc quatenus petierit infra annum.

¶Quod detenti pro debito publico non posit contestari. Stat. 166.

ALIQVIS, qui pro debito publico teneatur detẽtus, non posit pro aliquo alio debito contestari, & si contrafieret non valeat.

¶ De hiis qui, non possunt capi ratione minoris ætatis. Stat. 167.

MINORES Annis decem octo, nec maiores annis septuaginta, nec mulieres detineri nõ possunt, pro aliquo debito, publico nec priuato.

¶De solidis duobus tertiolorum in die dandis paupe-
ribus Carceratis. Stat. 168.

SI. Quis capi fecerit aut captum tenere voluerit aliquẽ pro aliquo debito, etiam si sit pro malefitio, & fideiussione, si ille captus non hẽt de suo proprio, vnde possit se pascere, & alere in carceribus, ꝙ ille qui ipsum captũ tenere voluerit, in carceribus teneatur eũ rellaxare aut dare, & pro eius pastura solidos duos, tertiolorum pro quolibet die quo ipsum tenere voluerit in Carceribus vel probare, ꝙ habeat. Id vnde possit se pascere, & alere in carceribus, & ipso iure intelligatur esse probatũ, ꝙ habeat, vnde alere possit nisi renũtiauerit bonis, In manibus creditorũ vel creditoris.

¶De pena seruitoris nõ exhibentis pignora. Stat. 169.

SI Quis, seruitor pignorauerit, vel barataverit pignora per eum robata vel sic fecerit, quominus exhiberi possint vel si eius occasione, non exhibeantur pignora teneatur, Ipse Seruitor, & eius fideiussor ad pretium seu valorem ipsorum pignorum, & intelligantur quo ad hoc esse pignorata, seu baratata, si nõ exhibeantur vt supra infra terminum seu terminos statuendum, vel statuendos à Iudice cuius præcepto robata fuerit aut donec exhibita fuerint vel obtemperauerit prout debebit.

¶De denuntiatione Animalis pignorati. Stat. 170.

SI Quis pignorari fecerit alicui suo debitori, equũ vel

vel aliud animal, facta denuntiatione posit illud ven dere preteritis octo diebus, Illius denuntiationis si nō defendetur, & pretium dicti animalis compensetur, in debito, deductis expensis legitimis,

¶ De eodem, quòd teneatur vendere elapso termino, denuntiationis. Stat. 171.

SI Quis denuntiauerit alicui Equum, vel aliud animal, teneatur elapso termino octo dierum ipsius denuntiationis ipsum equum vel animal alienare seu distrahere, qꝫ si non fecerit debitor non teneatur ad expensas illius animalis que fierent post tempus illius denuntiationis,

¶ De bestijs aratorijs, & vtensilibus ad laborandum terras non robandis. Stat. 172.

NVLLA Bestia aratoria plaustra, aratra Sape, Badilia, nec alia vtensilia ad laborandum terras, possint, & debeant robari nec sequestrari, pro aliquo debito publico nec priuato, nec ēt precepto alicuius Iusdicentis, nec viribus pactorum nec etiam pro aliquo datio, nec gabella etiam ex forma alicuius dati. Et si contrafactum fuerit puniatur creditor in libris decē tertiolorum, & Seruitor in libris vigintiquinq; tertiolorum, quas si ipsæ Seruitor, infra dies quindecim nō soluerit fustigetur, & si rector offitialis vel stipendiarius, vel soldaterius pro aliquo fodro vel debito Communis contrafecerit condemnetur in libris vigintiquinq; tertiolorū pro quolibet, & posit impune of-

fendi in auere, & persona, & eidem resisti non obstan te, q̃ sit offitialis, seu se dicat offitialē, & nihilominus offitio Iudicis in continenti restituantur expensis derobātis, & quòd in quolibet pręcepto quod fiet de robando, vel sequestrando formantur verba, quę in effectu contineant, quòd non robentur prohibita per statuta Communis Laudæ sub pœna Iudici, librarum vigintiquinq; tertiolorum, & totidem notario, qui scripserit præceptum quarum pœnarum medietas sit Cōmunis Laudæ, & alia damnum passi, & nihilominus damnum passus conseruetur indemnis per ipsos Iudicem, & notarium, & de hoc posit, Sindicari etiā durante offitio, & finito, & de prædictis potestas, & eius Iudices, & quilibet eorū, teneantur inquirere, per offitium si sibi denuntiatum fuerit, & prædicta non habeant locum in eo, qui bestiam vel rem aliquā ex prędictis sponte dedisset vel cuius esset, nec in dominio, Illius rei seu bestiæ nec in eo, qui esset dominus Illius personæ videlicet pro eo debito seu causa, de quo seu de qua teneretur per Instrumētum seu rationem redditũum vel massaritij vel, quia velit bestia vel res alia vendicari vel si esset mercator vel conductor bestiarū qui pecuniam recepisset vel operaretur in negotiatione seu emptione bestiarum quo casu expediri posit etiam nundinis non obstantibus nec mercato, nec si bestiæ datæ essent occasione Socidi vel societatis illarum bestiarum, nec eo casu quo ipsa bona essent publicata.

¶De libris, cartis, & scripturis non robandis. Sta. 173.

LIBRI Ecclesiarum Iure canonici, Ciuilis rationum nec alterius maneriei, nec cartę, ac scripturæ, nullo modo pignorentur seu robentur prętextu debiti nec contumatiæ siue præceptum sit robādi de bonis siue viribus pactorum sub pœna Seruitori, & famulis librarum vigintiquinq; tertiolorum pro quolibet eorum, & si contingat aliquo modo sub inuolucro, vel aliquo modo eas pignorari vel in possessionem, Sed iminis vbi sint morari, nō dentur aliquo modo, ei ad cuius petitionem fit pignoratio siue derobatio, Sed iudici consignentur si requisitum fuerit, seu vbi iusserit, vel in loco tuto, & sub sigillo, & descriptione dentur quæ non habeant locum, si iussu Iudicis, missum fuerit Specialiter.

¶ Quod vestes mulieris, & certa alia non robentur. Stat. 174.

VESTES mulieris non possint robari, sequestrari, nec in depositum poni pro aliquo debito publico, nec priuato Iurāte muliere, vel idonea persona pro ea quod sunt ad proprium vsum sui corporis, Idemq; de lecto ad vsum proprium Ipsius mulieris, vel ad promiscuum vsum ipsius, & mariti vel ipsius, & liberorū siue dotalis siue non dotalis sit.

¶Idē de scrinio, & scriniis, & aliis rebus dotalitiis aut sponsalitiis seu etiam palefrenalibus, Saluo quòd prædicta non habeant locum de proprio debito mulieris occasione pensionis seu pro debito alimentorum.

Quod

¶ Quod cupi torcularia, lignamina affixa, & piole non robentur. Stat. 175.

NON Posſint robari nec conteſtari, cupi qui ſint in tectis aut præparati ad ponendum in tectis, nec torcularia, nec inſtrumenta ſiue vtenſilia ad vſum torcularis, nec lignamina affixa domibus, & ſi contra fieret non valeat.

¶ Idem de piolis, & quolibet ligno affixo domibus.

¶ De bonis Ciuium Laudæ, non robandis pro debito alicuius communis nec alterius perſonæ. Stat. 176.

NVLLVS Iuſdicens in Ciuitate vel diſtrictu Laudæ vel officialis vel alius quicunq; ſit, poſsit vel debeat robare vel auferre aliquas beſtias res vel bona alicuius Ciuitatis Laudæ, pro aliquo debito alicuius Burgi, vel locis caſsinę vel molēdini pro aliqua Singulari perſona diſtrictus Laudæ, & ſi contrafecerit prædictę Beſtiæ, res & bona incontinenti, & ſummariè, & ſine ſtrepitu, & figura Iuditii, & ſine aliquibus expenſis reddantur, & reſtituantur, Illi cuius forent ſeu à quo ablatæ eſſent. Et inſuper contrafaciens componat Cōmuni Laudæ qualibet vice, libras quinquaginta tertiolorū ad quas ſoluendas compellatur per quemlibet Iuſdicentē in Ciuitate Laudæ abſque alia condemnatione, medietas cuius ſit accuſatoris, & alia Communis Laudæ.

Quod

¶Qđ Carceratis reddatur, Ius quolibet die. Stat. 177

CARCERATIS reddatur ius super relatione vel detétione eorum quolibet tempore etiam feriato, & nõ obstante aliqua lege ciuili vel municipali in cõtrarium loquente.

¶De contestatione Captiui notificanda. Stat. 178.

SI contingat aliquem captum cõtestari pro aliquo debito publico, vel priuato etiam pro datio, eidẽ notificetur die contestationis vel sequenti aliter non noceat ei, contestatio nec superstites vllo modo eum retineant prætextu dictæ contestationis,

Quod pro debito, vel occasione fictabilis massarij coloni, Inquilini, pensionantis, & emphiteote nõ possit fieri exequutio contra dominum, & in eius præiuditium. Stat. 179.

PRO debito vel banno vel contumatia alicuius fictabilis massarii coloni, Inquilini pensionantis, & emphiteote, non possit nec debeat fieri aliqua exequutio in proprietate, nec super proprietate, vel iure dominii, illius fondi seu prædii vel iuris, per quod talis dominus priuetur, nec priuatus sit, nec esse intelligatur aliqua sua possesione vel iure, qua vel quod dictus dominus ante talem exequutionem habebat etiã si cõtra illum fictabilem, massarium, colonum inquilinum, pẽsionantem vel emphiteotam reperiretur lata, esse sententia vel processus foret factus vel fieret, &

si fieret

si fieret non valeat nec teneat quantum est in damnũ nec præiudicium nec priuatione possesionis talis domini nec Ipsius domini.

¶RVBRICA GENERALIS, de succesionibus ab intestato.

¶De muliere dotata. Stat. 180.

STATVERVNT, & ordinauerunt, ꝙ filia vel soror dotata à patre vel fratre secundum vires substãtiæ patris vel fratris sit, & esse debeat cõtenta dotæ sua, nec venire posit ad succesionem, vel diuisionem cum fratribus vel descẽdentibus fratrum masculis in bonis paternis, vel fraternis Salũo, ꝙ si desierit esse dotata propter mortem, vel inopiam viri, & nubere voluerit vel religionẽ intrare ꝙ tunc fratres vel descendentes fratrum teneantur eam Iterum dotare decenter. Secundum vires vt supra, & si nubere vel religionem intrare nolet, ꝙ tũc teneantur alimentare decenter, & si dubiũ fuerit vtrũ alimentetur vel dotetur sufficienter discutiatur arbitrio iusdicentis.

¶Quod maritus succedat vxori in dote. Stat. 181.

STATVERVNT, & ordinauerunt quòd maritus succedat in dote vxori sine liberis decedenti,

Quod

¶Quod poteſtas teneatur expellere de cõſilio omnes quibus tangeret negotiũ dicti cõſilij. Stat. 182

STATVERVNT ꝙ quotienſcunque fieret aliquod conſilium generale vel Sapientum quod tãgeret alicui Speciali perſonę, ꝙ ille cui tangeret dictum in aliquo conſilium non poſsit tali conſilio Intereſſe, & ꝙ poteſtas teneatur omnes quos tangeret dictum cõſilium vel negotium expellere de dicto conſilio ſub pœna ſolidorum centum Imperialium domino Poteſtati, & eius Vicario pro qualibet vice.

¶Quod poteſtas teneatur exequutioni mandare reformationes, & conſiliũ Sapientũ. Stat. 183.

STATVIMVS, ꝙ dominus Poteſtas qui nunc eſt, & pro temporibus fuerit teneatur exequutioni mãdare omnes reformationes, & conſilia quæ fient per Sapientes in Camera Ciuitatis Laudę, vel alios Sapiẽtes dictæ Ciuitatis, vel per Commune Laudæ, Cum licentia præfacti domini, ſub pœna, & banno librarũ decem Imperialium de ſuo ſalario.

¶Statutum quod loquitur, quòd ſit prouidendum ſu per Sapientibus elligendis qui prouideant de ordine Hoſpitalis Miſericordiæ. Sta. 184.

CVM Iure ſit cautum, ꝙ quilibet in re ſua debeat eſſe moderator, & arbiter, & alibi, non minor eſt virtus quam quærere, parta tueri, & cum Commune Laudæ, dotauerit & fundauerit Hoſpitalę Miſericordiæ vt

diæ vt

diæ vt ibi esset suffragium, & auxilium miserorum, & cum dictũ Hospitale diutius per suos rectores, & gubernatores extiterit deuiatum, & fructus, & redditus eius alibi quam in elemosinis pauperum, & dissipãtes Hospitale prędictum molæ maxima debitorum in utiliter prægrauando, Statuimus ꝙ dominus Potestas, debeat, & teneatur quolibet anno prouidere de elligẽdo sex homines bonos, & legales qui debeãt coligere, & recipere omnes fructus, & redditus dicti Hospitalis prouidere, & reędificationi, & conseruationi dicti Hospitalis, & rerum eius, & de sanandis debitis, ipsius Hospitalis, & de ratione facienda, de redditibus eius, & generaliter de gubernatore Hospitalis prædicti, & gubernatione rectorum, & fratrum Hospitalis prædicti, & secundum consilium prædictorum Sapientum teneatur Potestas cum prædictis sapientibus prouidere in prędictis, & quolibet prędictorum, & exequutioni mandare.

¶ Quod Potestas teneatur tenere, & teneri facere Plateam Communis Laudæ aptatam. Stat. 185.

STATVIMVS, ꝙ Potestas Laudæ teneatur tenere, & teneri facere Plateam Communis Laudæ solatam, & aptatam pro Communi Laudę, & ꝙ nullus de cætero possit nec valeat puniri pro aliquo delicto in ipsa Platea, nec in Burleto Communis, Sed alibi puniatur ad loca Iustitiæ consueta.

Quod

¶ Quod D. Potestas non posſit prohibere alicui Notario facere instrumentum denunciationis ſibi & familiæ ſuæ. Sta. 186.

STATVIMVS, quòd poſtquam fuerit denuntiatū D. Poteſtati Laudæ, vel eius Iudicibus & militibus quòd debeant attendere & obſeruare ſtatutū aliquod vel ſtatuta poſita in corpore ſtatutorum, & complere, quòd debeant & teneantur attendere ſacramento & obſeruare ſecundum quòd in ipſis ſtatutis continetur & effectui mandare nec prohibere posſit nec debeat aliquem notarium facere inſtrumentum denunciationis dicto domino Poteſtati vel eius familia, nec ipſa de cauſa posſit ipſum Notarium detinere in Palatio nec in aliquo alio loco nec imponere aliquam pęnam, nec ab eo exigere, nec exigi facere: & ſi contrafecerit condemnetur in libris viginti quinq; imperialium & ſi inſtrumentum denunciationis copiam habere voluerit Poteſtas posſit præcipere Notario, ꝙ ſub certa pęna infra tertiam diem dare debeat ſibi exēplum de eo & hoc idem intelligatur in qualibet denunciatione quam aliquis facere velet: qualibet occaſione domino Poteſtati & eius iudicibus, & militibus etiam si contra prædicta fecerit ipſe Poteſtas vel aliquis de ſua familia: & non obſeruauerit ſtatuta ei denunciata Sindicetur Poteſtas de ſuo ſalario in libris decem imperialium toties quoties contrafecerit: nisi alia pæna apposita fuerit in ſtatuto denunciato, quæ tunc locum habeat: & non iſta.

G Quod

¶ Quod quilibet Notarius teneatur facere instrumentum denunciationis D. Potestati & eius familiæ. Stat. 187.

STATVIMVS, quòd quilibet Notarius teneatur facere instrumentum denunciationis D. Potestati, & cuicunq; de eius familia: postquam ab eodem Notario fuerit requisitum per aliquem ciuitatis & Episcopatus Laudæ & hoc in banno librarum decem imperialium dummodo congrue ipsi notarius satisfiat.

¶ Quod Potestas teneatur atendere & atendi facere omnia statuta. Stat. 188.

STATVIMVS, quòd Potestas, qui pro temporibus fuerit teneatur atendere, & obseruare & atendi, & obseruari facere omnia statuta posita in volumine statutorum: licet in eo super quo iurasset non esset scriptum illud statutum dummodo in alio reperiatur, & postquam denunciatum fuerit domino Potestati aliquod statutum & non obseruauerit illud sindicetur, & sindicari possit de suo salario in libris decem imperialium pro quolibet statuto non obseruato, & denũciato Saluo quod si in statuto ei denunciato esset pęnam determinata, & fuerit maior pæna librarum decem vel minor quòd illa pęna sit firma & obseruetur.

¶ Quod Potestas compellat victualia trahi ad ciuitatem Laudæ. Stat. 189.

STATVIMVS, quòd Potestas teneatur compellere Communia locorum: & vniuersos, & singulos

gulos homines Episcopatus Laudæ, qui laborant terras in Episcopatu Laudæ: trahere & conducere blada & alia victualia in ciuitate tam grossum quam minutum secundũ impositiones fiendas singulo anno per dominos duodecim sapientes Laudæ, & possit quilibet trahere grossum pro minuto si ei difficeret, & eodem modo minutum pro grosso & si cõtigerit, quòd per plenam fluminum, vel per tempestam, vel guerrã, vel per alias conditiones quaslibet manifeste perderẽtur blade, quòd Potestas non cõpelat eos nisi, inquantum videbitur ei Potestati & sapientibus Laudæ: & ꝙ communia locorum & aliorum, qui tenentur ad dictam consignationem teneantur inter se facere diuisionem & compertitionem de bladorum consignatione fienda secundum quòd pars hominum, & ipsorum locorum fuerint in concordia.

¶ Quod Potestas non accipiat nisi vnam securitatem ab aliqua communitatem loci quolibet anno. Stat. 190.

STATVIMVS, quòd potestas teneatur sacramento non accipere ab aliqua communitate loci, nec accipi permitere nisi vnam securitatem quolibet anno de mense Ianuarij pro qua securitate teneatur communitas de omni eo: quod contingerit fieri & factum fuerit per dictam communitatem contra Potestatem, vel commune Laudæ, vel super territorio loci ipsius communitatis & contra decreta domini & statuta, ac ordinamenta communis Laudæ & si cõtrafecerit, vel permiserit sindicetur in libris vigintiquinque imperialium qualibet vice.

¶ Quod Potestas teneatur facere, quod clauicæ ciuitatis expeditæ remaneant. Stat. 191.

STATVIMVS, quòd quęlibet persona ciuitatis Laudæ teneatur & debere habere expeditam clauicam per medium suum vbiq; per ciuitatē Laudæ ita quòd aque omnium clauicarum ciuitatis Laudæ possint libere & expedire decurere, & qui contrafecerit, vel expeditam non dimiserit: componat in banno qualibet vice solidos viginti imperialium & potestas teneatur sacramento, & precisę facere inquiri, omnia prædicta postquam ei fuerit denuntiatum, & condemnare contrafacientes: & eis aufferre dictam pęnam, & nihilominus ipsas clauicas remondari facere sub pęna potestati librarum vigintiquinq; imperialium, & totidem officiali deputato ad banchum clausorum.

¶ Quod laborantes ad mercedem non portent, seu tollant ligna nec quicquam aliud. St. 192.

STATVIMVS, quòd quęlibet persona cuiuscunque existat laborans ad mercedem in clausis & Episcopatu Laudæ: sit & esse debeat contenta de sua mercede & non possit portare aliqua ligna, nec fructus, nec aliquis possit eas eis dare pæna, & banno solidorum quinque tertiolorum pro quamlibet vice, & cuilibet contrafaciēti: & quilibet possit accusare, & habet medietatem banni & officiales clausorum possit, & debeant punire contrafacientes.

¶ Sacramentum iudicum D. Potestatis. St. 193.

EGo iuro ad sancta Dei euangelia: ꝙ bona fide sine fraude dabo consilium auxilium & fauorē: domi-

no

no Potestati Laudæ de his quæ pertinent ad regimen suæ potestariæ & ad comodum statum, & honorem communis Laudæ remotis odio amore, & timore pretio & precibus & speciali proficuo & damno & bona fide sine fraude dabo operam, vt potestas se saluet de sacramento sui regiminis: & de omnibus sacramentis de quibus ipse tenetur communi Laudæ, & eodem modo tenear de hiis omnibus de quibus potestas tenetur, & de auere & rebus communis guardandis, & saluandis ad voluntatem seu vtilitatem domini, & cōmunis sicut ipse potestas tenetur, & si fuero & remansero in loco potestatis ciuitatis Laudæ, teneat de omnibus de quibus potestas tenetur & occasione officii mei non accipiam aliquid ab aliqua persona, nec a cōmuni Laudæ, nec de communi, nec ab aliqua vniuersitate, vel singulari persona, nec aliquod lucrum faciam vltra id quod mihi concessum fuerit a Potestate de suo, & omnia consilia, seu credentias, quæ dicta vel dictæ fuerint, vt sint priuata tenebo, ita quòd ea non manifestabo aliquo tempore ad malum, vel detrimentum ciuitatis, vel districtus Laudæ vel singularium personarum & scripta & priuilegia communis Laudæ aliquo tempore non manifestabo ad malum, & detrimentum ciuitatis Laudæ, & non ero Spia ad damnum nec detrimētum ciuitatis Episcopatus Laudæ nec hominum Laudæ ciuitatis Episcopatus vel districtus Laudæ vel amicorum eius, & quod aliquā perditionem non faciam, nec fieri permittam de ciuitate Laudæ, nec de aliquo castro, nec de hominibus ciuitatis Episcopatus & districtus Laudæ: & si sciuero aliquē velle facere, vel fecisse contra prædicta, vel aliquod

prædictorum cum communi Laudæ manifestabo, & puniar secundum ꝙ in statutis communis Laudæ cõtinetur, & in proferendo sententiã & sententias quas dabo, non legam nisi in scriptis redactæ fuerint.

Quod Potestas teneatur non impedire officium Iudicis exigentis pecuniam communis Laudæ. Stat. 194

STATVIMVS, quòd Potestas sacramento & precisę teneatur dare operam auxilium & iuuamen toto suo posse ad faciendum officium Iudicis exigentis pęcuniam communis Laudæ: nec eum debeat modo aliquo, vel ingenio impedire, vel perturbare in officio suo prædicto sub pęna librarum vigintiquinq; imperialium totiens quotiens contrafecerit.

¶ De officio & numero Consulum Iustitiæ Laudæ. Stat. 195.

STATVIMVS, quòd Consules iustitiæ Laudæ sint, & esse debeant octo: in quibus sint continue duo iurisperiti, vel vnus iurisperitus, & vnus exercens artem procurationis.

¶ Quod Consules iustitiæ Laudæ teneantur facere sacramentum infrascripti tenoris. Stat. 196.

EGo iuro ad sancta Dei euangelia ꝙ vnicuiq; faciã & reddam ius bona fide sine fraude: & veniam

ad locum constitutum vbi ius reddi debet per consules iustitiæ Laudæ, vt consuetum est bis in die Sed horis debitis tertiarum & vesperarum: nec dimittã fraude, vel malo ingenio: quin veniam ad dictum locum constitutum pro ratione reddenda tenẽda & faciẽda nisi remanserit iusto Dei impedimento, vel per aliam iustam causam: nec inde recedã fraude, vel malo ingenio: exceptis diebus quadragesimalibus in quibus semel tantum, scilicet in vesperis venire tenear, & exceptis diebus feriatis contentis in statuto cõmunis Laudæ in quibus venire nõ tenear nec rationem reddere, & nõ recipiam nisi denarios duos Imperialium tẽpore litis contestate a qualibet partium sine aliqua restitutione fienda partibus: etiã si Sententiã diffinitiuam non dedero & tempore sententiæ diffinitiuę alios denarios duos Imperialiũ a qualibet partiũ: & attendam & obseruabo statuta cõis Laudæ continentia de ratione reddenda forensibus, & ciuibus Laudæ si sic ipsis ciuibus fit alibi, & de securitate accipienda a forẽsibus de expẽsis restituẽdis &c. vt in ipsis statutis cõtinetur.

¶De asotiatione Consulum. Stat. 195.

STATVIMVS, ꝙ quilibet reus possit asotiare cõsuli actoris aliũ consulem quandocunq; voluerit, ita ꝙ facta asotiatione, vnus non possit procedere sine altero: & quicquid per alterum eorũ sine altero factum fuerit, facta ipsa asotiatione in causa sit nullius valoris & momenti.

¶Quod Extimatores communis sint sex. Stat. 196.

STATVIMVS, quòd Extimatores communis sint sex numero, inter quos sit vnus Iudex & duo Notarii cum eis.

❡ Sacramentum extimatorum Communis Laudæ. - Stat. 199.

EGo Iuro ad ſancta Dei Euangelia: q bona fide ſine fraude ſi petitum fuerit dabo inſolutum creditoribus & habere debentibus de bonis debitorum: de quibus & prout fit mentio in Statutis communis Laudæ: & obſeruabo ipſa ſtatuta & ordinamenta cõmunis Laudæ.

❡ Quod Notarij communis ſolomodo ſe impediant de cartis ad officium ſpectantibus. Stat. 200.

STATVIMVS, quòd Notarij communis ſolomodo debeant facere cartas ſecuritatis, quæ faciende fuerint occaſione ſui officii, Ita quòd nullo modo ſe intromitant, & ſacramento teneantur ſe non intromitere aliquo modo de cartis ſpectantibus ad officium aliorum notariorum communis, Sed quilibet officialis fatiat cartas ad ſuum officium ſpectantes, & qui contra fecerit ſindicetur in ſolidis viginti Imperialiũ.

❡ Quod nulla perſona quæ non ſuſtineat onera communis Laudæ poſsit habere campariũ. Stat. 201.

STATVIMVS, quòd nulla perſona, quæ non ſuſtineat onera communis poſsit habere camparium per ſe ſi locus in quo habuerit poſſeſsionem ſuam, vel habitauerit: habuerit camparium pro communi ipſius loci, & ſi contrafactum fuerit accuſæ factę per tales camparios non valeant, & nullius ſint valoris.

Sacramentum

¶ Sacramentum omnium officialium communis Laudæ. Stat. 202.

STATVIMVS, quòd omnes officiales communis Laudæ: teneantur iurare ad ſancta Dei euangelia, quòd bona fide ſine fraude fatient officia ſua: & quod occaſione officiorum ſuorũ non facient aliquid fraudolenter per ſe, vel ſubmiſſam perſonam: vnde poſſint aliquod lucrum facere percipere, vel habere: niſi illud quod conceſſum eſt eis per commune, vel concederetur per contractum, vel ſtramatiam, quæ poſſet dici, vel excogitari: & ſi reperiretur feciſſe teneatur reſtituere in duplum: & Sindicatores teneantur inquirere, & facere, quòd reſtituantur communi: Si communi abſtulerint, vel aliis perſonis & totum id quod malo modo abſtuliſſent, & teneatur poteſtas hoc inquirere & exigere.

¶ Quod Poteſtas Laudæ non compellat Conſules iuſtitiæ ire ad aliquam iuſtitiam faciendã. St. 203.

STATVIMVS, quòd poteſtas, nec aliquis de eius familia poſſit, nec debeat compellere Conſules iuſtitiæ Laudæ ire ad aliquam iuſtitiam faciendam.

¶ Quod Medici denuntient infirmis quos curauerit, quòd confiteantur peccata ſua. Stat. 204.

STATVIMVS, quòd Medici Fiſicæ, & Cirogicæ, tàm ciues quàm forenſes, qui nunc exercent, vel in futurum exercebunt artes prædictas in ciuitate &

diſtrictu

districtu Laudæ, teneantur infra tertiam diem post quam inceperint aliquem curare in ciuitate, & districtu Laudæ denuntiare, ꝙ accipiat pęnitentiam, & si non acceperit infra tertiam diem: ꝙ aliquis Medicus non possit, nec debeat talem infirmum vlterius curare: donec pęnitentiam acceperit: & dominus Potestas sacramento teneatur infra quindecim dies: ab introitu regiminis sui; facere omnes Medicos iurare de obseruando prædicta.

¶Quod si quis dederit inditium domino potestati vel procurauerit aliquem bannitum de maleficio capi: habeat vt in hoc statuto continetur. Stat. 205.

STATVIMVS, quòd si aliquis ciuitatis vel iurisdictionis Laudæ dederit inditium domino Potestati Laudæ, vel eius familiæ vel procurauerit, quòd aliquis bannitus de maleficio de morte: vel malefactor robator, vel schatator capiatur: & in fortiam communis Laudæ consignetur, quòd habeat & habere debeat de auere communis Laudæ infra octo dies libras viginti-quinque Imperialium, Si autem bannitus fuerit pro alio maleficio a libris centum supra & captura facta fuerit habeat & habere debeat de dicto auere solidos centum imperialium.

¶Quod Potestas Laudæ & eius officiales teneantur facere reaptari, & remondari putheos stopatos in ciuitate & burgis Laudæ per vicinos ad quos spectat Stat. 206.

STATVIMVS, quòd Potestas Laudæ & eius Iudices, & officiales teneantur & debeant Infra men-

sem post Introitum sui regiminis facere reaptari,& re mondari putheos existentes in platea communis Laudæ,& in stratis publicis Ciuitatis & burgorum Laudæ per vicinos ad quos spectat, & hoc sub pęna florenorum vigintiquinq; auri,de suo salario.

Quod non fiat venditio de re: de qua sit mota controuersia. Stat. 207.

STATVIMVS,quòd si aliquis fecerit venditionem, vel aliquem contractum alienationis in aliquem Iudicem,vel personam cuiuscunque conditionis existat de aliqua re, de qua sit mota controuersia,vel mouenda infra mensem a tempore alienationis vsq; ad dationem libelli,quòd contractus ille sit cassus:& nullius valoris & momenti ipso iure & ipsa alienatio si contrafactum fuerit non valeat ipso iure: & quælibet persona contrafaciens condemnetur in solidos centū imperialium & ille qui alienauerit nihilominus teneatur stare in causa: ac si non alienasset.

¶ Quod filij familias debentes communi compellantur soluere. Stat. 208.

STATVIMVS, quòd omnes illi qui debent dare cōmuni Laudæ per pecuniam aliquā aliqua de causa, cōpellantur soluere,non obstante q; sint filij familias.

¶ De scripturis ponendis in actis per Notariū.St.209.

STATVIMVS, q; Consules iustitiæ Laudæ & eorū Notarij teneantur sacramento scribere, seu scribi

facere Coram eis in quaternis omnes libellos seu petitiones litium contestationes terminos seu dilationes requisitiones præcepta contestationes: & omnia alia acta: quæ fuerint coram eis vel occasione eorum officii: a principio vsq; ad finem causarum videlicet ante litem contestatam: & aliter non valeant, & Notarii non possint accipere vltra quam sit sibi concessum per statuta communis Laudæ pro aliqua scriptura quam fecerint, vel in libris actorum scripserint sub pęna in ipsis statutis factis contra Notarios contenta: & teneantur ipsi Notarii gubernare ipsos quaternos sicut imbreuiaturas suas, donec ipsos libros actorum consignauerint ad cameram armarii communis Laudæ secundum formam aliorum statutorum dicti cōmunis loquentium quòd Notarii funtis eorum officiis: teneantur consignare ad cameram armarii omnes libros actorum officiorum suorum.

¶ Idem intelligatur de Notariis domini Potestatis banchi procuratorum clausorum & extimatorum & aliorum omnium officialium ordinariorum & extraordinariarum.

¶ Qualiter Curatores & tutores dentur. Sta. 200.

STATVIMVS, quòd infrascriptus modus seruetur in dandis tutoribus, & curatoribus minoribus, videlicet, quòd requirantur parentes paterni illius, vel illorum cui vel quibus debeant dari Curatores, vel tutores ad sciendum voluntatem eorum, & si non habuerint, vel habuerit parentes paternos: requirantur tunc parentes materni per consulem, vel potestatem

vel

vel eius aſſeſſores, & ſi non habuerit, parentes maternos requirantur duo de bonis vicinis illius vel illorũ, & de eorum conſilio procedatur ſi fuerint præſentes, vel abſentes poſtquam fuerint requiſiti, ad dandum curatores, & tutores: ſi aliter factum fuerit non valeat & computetur in fraudem eis conſulibus ſiue conſuli ſiue iudicibus: & teneantur Conſules, ſiue Iudices dantes tales curatores accipere a dictis curatoribus, & tutoribus ſecuritatem qui habeat tantũ, in bonis quãtum habet ille minor, uel aliter bonam & idoneã ſecuritatem quod ſtatutum vendicet ſibi locum in tutoribus, & curatoribus dandis ad negotia & quibus comitetur adminiſtratio generalis & nõ vendicet ſibi locũ in tutoribus dandis ad lites, Sed remaneant iuri cõi.

¶ Quod ſi quæſtio fuerit comiſſa duobus Iudicibus & fuerint diſcordes tertius aſſumatur eorum expenſis. Stat. 211.

STATVIMVS, quòd ſi quæſtio aliqua comiſſa fuerit duobus Iudicibus conſulenda, & fuerint diſcordes tertius iudex accipiatur expenſis ipſorum duorũ iudicum: & non poſsint iudices de medio petere aliquid nec habere, ultra id quod eis primo taxatum fuerit aliqua occaſione, & hoc Sacramento teneantur ſeruare ipſi duo iudices.

¶ Quod nullus Tabellio poſsit eſſe in cauſa vel procurator coram quo fuerit officiales. Stat. 112.

STATVIMVS, quòd nullus tabellio, vel officialis poſsit litem mouere, nec eſſe procurator, vel alicu

ius defensor : coram domino Potestate, vel eius Iudicibus militibus, vel Cōsulibus iustitiæ Laudæ, vel aliis officialibus communis Laudæ, si tabellio ille vel officialis fuerit ibi officialis sub quo litigatur, sub pęna tali notario librarum decem imperialium & iusdicenti coram quo talis quæstio agitabitur librarum vigintiquinque imperialium : Si iusdicens prædictis in dicta causa processerit.

¶ Quod nulla quæstio possit agitari coram illo iusdicente. Coram quo aliquis fuerit vt supra Notarius. Stat. 213.

ITEM ad remouenda omnia incongrua, quæ sequi possunt ex eo quòd plerunq; contingit quòd aliqui volentes quæstiones mouere, vel expectantes contra se moueri faciunt incantari, vel incantant officia, & notarias communis, statuit commune Laudæ, quòd si contingat aliquam causam de cætero agitari per aliquem : qui fuerit notarius, vel officialis Potestatis, vel alicuius iusdicētis Coram quo agitatur talis causa seu qui sit socius, vel particeps talis officij seu contra eum; ꝙ tali causa aduenientem eligatur per talem iusdicentem vnus notarius, vel plures confidentes vtriusq; partis qui faciant, & scribant quæcunq; agitanda in tali causa alioquin quicquid aliter factum fuerit non valeat, nec teneat, & nullius sit valoris, & momenti, & vlterius iusdicens coram quo agitabitur talis causa puniatur qualibet vice in libris quinquaginta imperialium, & quòd dictus iudex teneatur dictas partes cōpellare ad faciendum dictam electionem statim cum fuerit requisitum sub pęna prædicta.

Idem

¶ Idem intelligatur & locum habeat de Consulibus iustitiæ Laudæ, & eorum participibus & sociis.

¶ Infra quòd tempus contestatio seu sequestratio prosequetur. Stat. 214.

STATVIMVS, quòd si aliqua contestatio facta fuerit per dominum Potestatem, vel Iudices, vel officiales communis Laudæ qui fecerit contestari teneatur prosequi ius suum: infra duos menses post prædictam contestationem, vel sequestrationem: & vltra dictum tempus non valeat.

¶ Quod authenticum testium remaneat penès Notarios. Stat. 215.

STATVIMVS, quòd si testes producti in qualibet causa recepti fuerint per aliquos Notarios Laudæ, quòd authenticum prædictorum testium maneat penès Ipsos notarios de medio: ad hoc vt partes possint habere exemplum seu copiam dictorum testium ad eorum voluntatem si placuerit partibus: & ille notarius, qui eorum dicta & attestationes scripserit eas, & ea gubernare teneatur diligenter sic quòd de eis copiam facere possit quando fuerit requisitum, sub pęna damni & interesse, quod pateretur exinde per aliquam partium.

¶ Quod duo extimatores possint cognoscere de causis: & tres debent esse in qualibet pronunciatione & dato. Stat. 216.

STATVIMVS, quòd duo extimatores possint cognoscere de causis coram eis vertentibus, Sed in

qualibet

qualibet pronunciatione & dato teneantur esse tres de prædictis extimatoribus: & si aliter sentẽtiam, vel datum pronunciatum fuerit non valeat ipso iure.

¶ De volentibus bonis suis Cędere. Stat. 217.

STATVIMVS, & ordinamus ad hoc vt malitiis hominum obuietur & innocentes sint absque damno, quòd si quis voluerit cedere bonis suis, quòd possit facere facta prius consignatione omnium bonorũ suorum & aliter facere non possit, & taliter cedentes nunquam possint habere honorem, nec beneficium a communi Laudæ.

¶ Quod qui bonis cessit: non possit alienare bona sua. Stat. 218.

STATVIMVS, quòd nulla persona postquam cesserit bonis suis possit alienare aliquid de bonis suis & si alienauerit ipsa alienatio ipso iure sit nulla & nullius valoris & creditoribus nihilominus possit satisfieri in prædictis bonis per extimatores, & alios officiales Communis Laudæ non obstante tali alienatione.

¶ Quòd donatio facta filiis emancipatis, non noceat creditoribus. Stat. 219.

STATVIMVS, quòd si aliquis emancipauerit filios & donationem eis fecerit: postea cesserit bonis suis non noceat creditoribus quominus satisfieri possit in eis etiam in rebus donatis filiis.

Quod

¶ Quod omnes Ceſsiones Scribantur in vno libro penès eſtimatorem. Stat. 220.

STATVIMVS, quòd omnes ceſsiones quæ a modo fient ſcribantur in vno libro qui permaneat pénes eſtimatores: & poſt exitum eorum officij penès officialem deputatum ad armarium communis Laudæ: ita ꝙ per quemlibet poſsit ſciri qui ceſsit.

¶ Quod nullus campſor poſsit cædere bonis. Stat. 221.

STATVIMVS, quòd nullus campſor poſsit cędere, nec denarios, qui fuerint ad tabulam ſuam in depoſito. Sed compellantur per Poteſtatem, vel conſulem Laudę vincentes tales denarios reddere illos denarios in pecunia numerata non obſtante aliqua ceſsione.

¶ Quod eſtimatores poſsint dare inſolutum creditoribus de bonis debitorum. Stat. 222.

STATVIMVS, ꝙ eſtimatores cõmunis Laudæ poſsint & debeant dare inſolutum creditoribus de bonis illorum qui banniti ſunt de malificio si fuerit in contumacia, quæ contumacia intelligatur facto ex parte vnius iuſdicentis Laudæ præcepto ad inſtantiã creditorum quòd ſoluat debitum de quo fuerit obligatus infra octo dies, si non fuerit legitime contradictum, & illorum qui ceſſerint bonis ſuis & illorum qui receſſerunt de ciuitate, Epiſcopatu Laudæ cum familiis ſuis, & illorum qui mortui ſunt non

relictis hæredibus, qui vellint esse hæredes, & de bonis hæredum debitorũ, & non teneãtur extimatores vendere bona debitorum nisi plus possent vendere quam forẽt extimata nisi esset de voluntate partiũ similiter dentur & dari posint creditorib. insolutũ de bonis cõ demnatorum, & obligatorum & idem vendicet sibi locum de qualibet condemnatione & obligatione cũ præceptũ factũ fuerit de soluẽdo ad octo dies ad minus elapso termino soluendi Si dicto præcepto nõ fuerit legitimæ contradictum quo casu diffiniatur causa talis contraditionis antequam procedatur ad talẽ dationem insolutum fiendam per dictos extimatores.

¶De solemnitatibus obseruandis in dationibus insolutum. Stat. 223.

TENEANTVR, & debeant domini extimatores in dationibus insolutum & circa ipsas infrascriptos ordines obseruare, & obseruari facere videlicet ꝙ de ipsis extimatoribus inter sint saltim duo in procedendo usq; ad sententiam exclusiue, & tres in sententiando & dando insolutum & sufficiat, & quòd teneantur & debeant ad instantiam creditoris seu creditorũ facere debitorẽ seu debitores uel eorũ hæredes citari, vt compareant coram eis ad opponendum & contradicendum quicquid voluerint, & potuerint de iure quare ipsi domini extimatores non debeant procedere ad faciendum cridari ipsos debitores seu eorum hæredes & eorum bona, & cridata non debeant extimari & insolutum dari creditori, seu creditoribus vsque ad quantitatem debiti declarati: & expensarum tunc factarum & fiendarum ipsa de causa, & ad

dandum

dandum suspectos & confidentes.Si quos dare voluerint pro bonis ipsorũ debitorũ extimãdis,in qua citatione statuatur terminus tali citando seu talibus citandis vnius diei ad minus si fuerit in ciuitate, & triũ dierum ad minus si fuerit in episcopatu, & post modum teneantur fieri facere cridam ad portam Burleti communis Laudæ & ante banchũ ipsorum dñorum extimatorum quæ cõtineat in effectu,ꝙ oẽs habere debẽtes a talibus debitoribus seu tali debitore de cuius seu quorum bonis debet dari insolutum ut s.vt cõpareant infra octo dies corã eis ad producẽdum , & docẽdum de iuribus suis ex quibus dicere velint aliquid habere dẽre in ipsis bonis,& qui dñi extimat. teneantur dare insolutum de dictis bonis creditoribus cõparentibus primo priorib.secundo posteriorib. & sic de gradu in gradum tã pro sorte quã pro expensis,& hora qua fieri debuerit prununciatio & datum insolutũ antequã fiat ipsa pronunciatio fiat crida: ꝙ oẽs habere prætendẽtes ius in dictis bonis statim cõpareant ante ipsam pronunciationẽ ad contradicendum quicquid uoluerint quare talis pronunciatio & datum insolutum,nõ debeat fieri,& si nullus compareat legitimæ contradicẽs statim fiat ipsa pronunciatio & datum insolutum ꝑ ipsos duos extimatores si vero aliquis compareat legitime cõtradicens audiatur & fiat sibi ius secundum formam iuris & statutorum cõis Laudæ,& elligantur per ipsos dominos extimatores , duo extimatores ex confidentibus partium , vel ex confidentibus partis comparentis , Si altera fuerit contumax quibus deferatur sacramẽtum , de legaliter extimãdo ipsa bona danda insolutũ ut supra bona fide sine fraude & ꝓdu-

cantur ipsa bonā per Creditores seu creditorem in termino dictæ primæ cride ante electionem dictorū extimatorum & eis comitatur extimatio ipsorū bonorum & eorū extimationi credatur & ꝙ notarij dictorum dominorum extimatorū seu alter ex ipsis teneantur omnia prædicta fienda, vt supra scribere in actis fiendis corā ipsis dominis extimatoribus & ipsum datum insolutum factum per ipsos dominos extimatores ipsi notario uel alteri eorum: teneantur & debeant infra quindecim dies a die pronuntiationis dicti præsentare, vel cōsignare & in scriptis dimittere notario deputato ad camerā armarii cōmunis Laudæ sub pęna librarum vigintiquinq; imperialiū & vltra sub pœna damni & interesse, quod pateretur creditor ipsa occasione & ipse creditor cui factū fuerit ipsum datum insolutum teneatur, & debeat infra mensem a die pronunciationis & dati factæ & facti, vt supra ipsum datum registrari facere de verbo ad verbum ad dictam cameram: & si cōtra prædicta, vel aliquod prædictorum aliquod datum factum vel pronunciatum fuerit non valeat ipso iure & possint ipsi domini extimatores recipere, & habere pro suo salario denarios duos imperialiū pro qualibet libra cuiuslibet dari insolutū & nō vltra & ꝙ quilibet creditor petēs sibi datū insolutū dari, & pronūciari in bonis alicuius sui debitoris teneatur iurare ad sancta Dei euāgelia corporaliter tactis scripturis, ꝙ habere debet de pura sorte a dicto suo debitore vltra expensas factas & fiēdas per ipsum creditorem causa dicti dati insolutum dandi & pronunciandi vt supra & si non iurauerit quod prædicta dacio insolutum seu pronunciatio fieri non possit.

Quod

¶Quod nulla consuetudo seruetur nisi sit scripta in conpore statutorum. Stat. 224.

STATVIMVS, quòd nulla consuetudo habeat locũ in iudiciis siue in causis, nisi fuerit scripta in statutis communis Laudæ vel nisi fuerit probatum, cõsuetudinem ita obseruatam esse per viginti annos.

¶De fictis refutandis. Sta. 225.

STATVIMVS, quòd si aliquis alicui dederit fundũ seu terram in emphiteosim imperpetuũ quòd emphiteota posſit quandoque voluerit fictualitiam refutare, nisi pactum sit in contrarium: dummodo emphiteota prius soluerit fictũ totius illius anni in quo erit tempore refutationis & totius temporis præteriti de quo fictum solutum non fuerit & consignauerit domino posſesſionem ipsius fictualitie expeditam, & ipsam rem in eo gradu aut melioratam quo erat tempore afictationis.

¶Quod emphiteota posſit dare in emphiteosim. Stat. 226.

ITEM emphiteota dare in emphiteosim poteſt fictualitia domino minime requisito: dũmodo ipsã rem affictet tanquam emphiteota talis domini & aliter talis affictatio non valeat.

De matrimoniis celebrandis. Stat. 227.

STATVTVM, est tale super matrimoniis quòd nullus aliquam mulierem vi vel voluntate accipiat

in vxorem nisi de consensu patris, vel propinquorum parentum ex paterna linea vel tutorum vel Curatorũ eius ad quos eam pertinet maritare & qui contrafecerit, nihil habeat vxor, vel maritus de bonis patris, vel matris mulieris. Si autem proximiores parẽtes paterni, vel tutores in quorum fuerit potestate, vel cura distulerint nuptui tradere tandem post annos decem octo cogantur per potestatem secundum dignitatem, vel facultatem mulieris eam alicui in matrimonio copulare secundum voluntatem suprascriptorum omnium parentum vel maioris partis eorum & hoc non habeat locum in viduis mulieribus.

De dotalibus instrumentis. Stat. 228.

STATVIMVS, quòd instrumenta dotalia quæ de cętero fient: fiant in hunc modum videlicet q̃ fiat contractus consultus de eo tantum: quantitas comprehensa in instrumento dotali: Saluo quòd si vxor steterit cum viro minus decem annis, quòd habeat & habere debeat medietatem totius mobilie quam portauit ad maritum, & quæ fuerit vel superfuerit tempore quo dicta dos restituerit: & alia medietas remaneat hæredibus mariti: Si vero vltra decem annos steterit cum marito habeat tunc vxor totam mobiliam, quã portauit ad maritum: quæ erit tempore restitutionis, vltra quantitatem comprehensam in instrumento dotali, imparte autem mobilie hæredibus mariti, non continetur anulus, nec cingulũ, nec res alię quas mulier portauit ad maritum quæ non fuerint extimate, quæ tunc erunt tempore restitutionis, quæ omnia mulier habeat & mulieri remaneant.

Quod

¶Quod anulus & cingulum sint mobilia. Stat. 229.

STatuimus quòd anulus & cingulum tantum sponsalicia, & omnia alia licet a marito dentur sint mobilia, & inter mobiliam reputentur.

¶ Quod consuetudines molendinorum seruentur. Stat. 230.

¶ Item molendinorum consuetudines seruentur.

¶Quod frater fratri defuncto succedat pro hæreditate. Stat. 231.

STatuimus quòd fratres siue sint ab vtroque parente coniuncti siue vnus sit frater ex parte patris tantum, & alij sint ex parte matris & patris, & vnus decesserit sine filiis quòd illi qui supersint succedant defuncto fratri in hæreditate non obstante quòd ille defunctus coniunctus sit ex parte patris & matris alteri ex superstitibus, & hoc locum habeat si decesserit sine testamento, quod statutum non habeat locum in successione materna.

¶Quod nulla aratura detur massario nisi sit promissa. Stat. 232

STatuimus quòd nulla aratura detur massariis nisi sit promissa.

¶ Quod vnus ex libris statutorum remaneat in camera armarij. Stat. 233.

STatuimus quòd vnus liber statutorum communis Laudæ debeat incatenatus manere in camera officij armarij, ita q; quilibet de eo copiam habere possit.

Quod omnia incrementa facta per Aliuiones salegiarum in flumine abduæ sint communis Laudæ. Stat. 234.

STatuimus & ordinauimus quòd omnia incrementa per Aliuionem facta salegiarum, & omnes aliuiones facte in flumine abduæ in ea parte in qua decurrit super Laudensi vltra illa quæ sint & esse debeat & intelligantur cum; omni suo iure communis Laudæ & tanquam res proprie tractentur per ipsum commune & prædicta incrementa & Aliuiones incantentur & affictentur in consilio maiori, & plus offerenti dentur aliquo statuto in contrarium non obstante & ex nunc vindicet sibi locum.

¶De Pignore vendito. Stat. 235.

STatuimus quòd si res obligata vendita fuerit teneatur creditor cedere locum & iura emptori in deffen. in quantum ex pretio recipiendo & debeat cogi recipi debitum & locum cedere deffendendi vt supra, & hoc alio statuto non obstante.

¶Qualiter cessiones fiant. Stat. 236.

STatuimus quòd nullus amodo possit cedere bonis suis nisi in contione publica facienda de condemnatione & ibi debeant ascédere banchum altum ita quòd videatur super aliis & ibi debeant morari in pedibus, nihil habeant in capite nec indosso nisi vestitum & togam, & ita morari donec finita fuerit cócio & si aliter facte fuerint cessiones ipso iure nó valeant

& quali-

& quilibet Laudensis pro debito cuiuslibet forensis possit cedere bonis suis insolutum omnium creditorum suorum forensium coram extimatoribus communis Laudæ non obstante prædicto statuto.

¶ Quod si creditor satisfecerit in bonis debitoris in parte & noluerit sibi satisfieri in totum quòd amittat ius super fluuij. Stat. 237.

STatuimus quòd si bona alicuius debitoris distrahantur vel darentur insolutum per extimatores cõmunis Laudæ vel alios officiales & creditor satisfecerit sibi in ipsis bonis in parte crediti & sui noluerit sibi satisfieri in totum quòd non possit amplius agere ypotétia contra creditores posteriores nec habeat amplius aliquod ius contra dictum debitorẽ suum si bona tanta fuerint quòd solutio dicti crediti potuerit integre fieri.

¶ De interrogationibus fiendis testibus. Stat. 238.

STatuimus in ciuilibus causis super productione testium, quòd septem interrogationes tantum super vno quoq; capitulo nec ad voluntatem illius contra quem producuntur testes fieri possint dummodo nõ sint impertinentes vel deceptorie, & notarius teneatur scribere totam seriem dicti testis, & nõ scribat hic testis dixit vt alius Saluo quòd super accusis dãdis per datiarios quæ continent plures partes vel super capitulis continentibus plures partes possint fieri vsq; ad septem interrogationes pro vnaquaque parte contenta in dictis accusis, & quòd pars producens testes possit

sit elligere vnum notarium vel aduocatum qui supersit examinationi dictorum testium & similiter reus contra quem producuntur dicti testis possit similiter elligere vnum notarium vel aduocatum qui supersit examinationi testium, & qui faciat debitas interrogationes testibus saluo quòd partes conuenire possint communiter de vno solo notario vel aduocato vel de iudice de medio qui examinet & interroget vt sup. pro vtraque parte, quibus notariis vel aduocatis electis teneantur iusdicens comittere examinationem dictorũ testium.

¶Quod creditores possint sibi facere extimari de bonis debitorum datis creditoribus. Stat. 239.

STatuimus quòd si debitor aliquis vel eius hæredes dederit vel dederint insolutum de bonis suis vxori nurui, vel matri, vel cognate pro dote vel parte vel ꝑ aliquo alio iure, quòd creditor possit facere extimare pro extimatores communis Laudæ talia bona sic insolutum data, qua extimatione facta si reperiatur dictũ datum plus valere, & extratatum erit plus quam fuerit quantitas pro qua datum factum est debeat & possit dari insolutum creditoribus per ordinem.

¶De Sententia diffinitiua ferenda. Stat. 240.

STatuimus quòd quælibet sententia diffinitiua debeat proferri in scriptis, si fuerit à solidos quinque Imperialium supra, nisi remanserit de voluntate ambarum partium, & hoc locum habeat in potestate & illis de familia sua & in quolibet officiali communis Laudæ.

Quod

ſtate & illis de familia ſua & in quolibet officiali com munis Laudæ.

¶ Quod actiones non proponantur. Stat. 241.

STATVIMVS, quòd nullus cogatur proponere actiones.

¶ De his qui nunquam ſe diuiſerunt. Stat. 242.

ITEM Statuit commune Laudæ, ꝙ quicquid acquiritur per fratres & patruos & alios qui nunquam ſe diuiſerunt, in ſimul habitantes vel ſtantes acquiratur in communi, ita quòd ex ea acquiſitione ius & actio acquiratur ipſo iure cuilibet ipſorũ, niſi alteri vel per alterum eorum ex cauſa hæreditatis delate, vel legati vel donationis vel ſalarij fuerit aliquid acquiſitũ, ſed & debitum ſi quod fecerint ſit cõmune, ita quod ex debito, fratres & alij qui nunquam ſe diuiſerunt & inſimul ſtantes vt ſupra inter ſe pro partibus contingentibus ipſo iure habeant actionem ad debitum ſoluendum, dummodo appareat illud debitum eſſe conuerſum in vtilitatem communem eorum, & hoc niſi ſit debitum fideiuſſionis vel maleficij, vel alterius ſui proprij negocii, uel niſi ſuſpecta perſona uel biſclazerius & ſimiles.

¶ Quod ſi quis repudiauerit feudum, creditori non præiudicet repudiatio. Sta. 243.

STATVIMVS, quòd ſi quis tenuerat in feudum aliquem rem uel poſeſſionem ab aliqua perſona ſeculari, uel eccleſiaſtica & repudiauerit feudum manu

domini

domini, & de ipso feudo inuestitus fuerit aliquis de parantella sua, quòd talis repudiatio, vel inuestitura non præiudicet aliquid creditoribus repudiantis, sed ipsi creditores posiint sibi satisfieri in ipsis possessionibus ac si ipsa repudiatio facta non esset & locum habeat tam in præteritis, quam præsentibus & futuris repudiantibus hoc idem intelligatur in possessionibus & rebus imobilibus datis & dandis ad fictum.

De filiis familias. Stat. 244.

STATVIMVS, quòd nullus contractus celebretur, nec celebrari possit cum filiis familias, vel quibus bonis interdictum est cuicunque ætatis sint siue fuerint bonis eorum interdictum esse siue non: nec cum minoribus decemocto annorum, qui eos obliget siue sic contractus mutui siue sit fideiussione siue alterius contractus cuiuscunque modi sit nec de ipsis contractibus possint conueniri compelli nec condemnari: nec detineri, & sacramenta si facta fuerint non valeãt & ipso iure intelligãtur, & sint remissa vigore præsentis statuti pignora si data fuerint incidantur exceptis illis filiis familias, qui sciente patre & non contradicẽte publice exercẽt negotiationes, vel qui sunt consciẽti negotiationi, vel ad tabulam, vel in hiis quæ ad prædictos negociationes pertinẽt vel ad tabulam, qui de prædictis teneantur & cum effectu cõueniri possint, & exceptis illis filiis familias, qui stant & habitant in vna domo per se separatim a patre, & hiis qui gerunt negotia sua, tanquam patres familias, & exceptis illis filiis familias: qui sciente patre, & non cõtradicente

viden-

videntur generaliter gerere negocia domus paterne, vel qui contrahunt iussu vel voluntate patris ratū habentis, & si vtilitate patris per idoneos testes probetur processisse, alioquin absoluantur pater, & filij sine sacramento: & absoluti: intelligantur vigore presentes statuti, & exceptis illis minoribus in quorum vtilitate res praecessit, & exceptis hiis quibus bonis interdictū est si contraxerint auctoritate curatorū suorum & ꝗ si filius de pecunia vel alia re: aliquod instrumentum obligationis receperit quòd patre absente possit iura cedere fideiussori, & valeat cessio tanquā pater & cessisset & fines & confessiones facere & solutiones recipere & bona patris obligare pro his perpetuo, attendēdis & attendi faciendis, & valeant omnia sicut pater fecisset.

¶ Quod fideiussores debitorum posint elapso termino soluendi debitum compellere ipsos debitores ad conseruandum eos fideiussores indemnes. Stat. 245.

STATVIMVS, quòd quilibet ciuitatis & burgorum & episcopatus Laude qui fuerit fideiussor siue obligatus in aliqua condemnatione, vel obligatione siue carta pro aliquo quòd elapso termino soluendi debitum: talis fideiussor uel obligatus posit compellere, & constringere debitorem pro quo esset obligatus, vt debeat ipsum extrahere exhimere, & liberare de ipso debito & fideiussoria infra octo dies suis expensis & si infra dictum terminum non liberauerit & exhimerit dictum fideiussorem uel obligatum de dicto debito dicto

to dictæ fideiussoriæ, quòd tunc dictus fideiussor, vel obligatus possit capere & capi & detineri fecere dictũ debitorem & bona eius saxiri & constari facere & eorum possessionẽ intrare sicut posset creditor facta ei denunciatione & in carceribus detineatur dictus debitor ad petitionem fideiussoris nec de eis exhimatur nec bona disconteſtentur, donec eũ fideiussorem extraxerit & liberauerit de dicta fideiussoria & debito.

¶ De Prodigo & discipatore. Stat. 246.

STATVIMVS, ꝙ si quis de cætero fuerit prodigus discipator, vel dispensator bonorum suorum siue fuerit interdictum eius bonis siue non quòd ad postulationem agnatorum eius vel agnati vel cõsanguinei, vel filiorum ipsius prodigi vel discipatoris: teneatur sacramento Poteſtas dare & consignare partem contingentem ex paternis bonis ipsis filiis etiam inuito patre, & ipsum patrem cogere debeat ad ipsam partem sibi consignandam & si pater ad inopiam peruenerit cogantur filij secundum facultates suas alimẽta exhibere parenti & hoc locum habeat si probatum fuerit Poteſtati, quòd prodigus sit & bonorum suorum discipator.

¶ Quod pater male gerens facta sua cogatur emancipare & dare partem filiis, si voluerint filii. St. 247.

STATVIMVS, quòd filij bone conditionis & conuersationis honeste probãtes saltim per vocem & famam patrem leuis vite conuersationis inhoneste in

ebrie-

ebrietatibus & comestionibus vel taxillorũ ludis inutiliter consumare tempus suũ possint petere a tali patre inuito se emãcipati & sibi bonorum partẽ cõsignari, hoc modo quod si fuerit vnicus filius cogatur, pater intra terminum a iudice vel consule asignãdum eum emancipare: & eidem pleno iure partem dimidiam assignare omnium bonorum suorum mobilium & immobilium iurium & nominum & actionum, Si vero fuerint plures & voluerint emancipari teneatur eos emancipare intra eundem terminum & eis assignare duas partes omnium bonorum suorũ pleno iure inter eos qualiter diuidendas. Si vero non omnes uoluerint emancipari cogatur ei pater vel eis, qui emancipari voluerint cõsignare sicut tangit pro rata duarum partium omnium bonorum, & si dictus pater intra terminum sibi assignatum contumaciter emãcipare, & bonorum partem superius limitatam assignare differret post dictum terminum possit Iudex vel Cõsul coram quo hoc petitum fuerit ꝙ ipsum filium a patre potestatis nexibus liberare & eum patrem familias efficere & eidem assignare portionem superius limitatam, postquam liberationem & assignationem factã per iudicem uel consulem habeatur filius pro homine sui iuris & pro vero & pleno domino eorum sibi assignatorum: Ita quod pater in dictis rebus nullum ius sibi vendicare valeat & tali filio inuito à patre emãcipato per iudicem vel consulem sui iuris effecto, nihilominus in bonis remanentibus penès patrem portio debita iuris naturæ seruetur illexa & quantum ad successionem paternam sit per omnia eiusdem iuris, ac si non esset emancipatus, uel sui iuris effectus sane

si pater post emãcipationem talis filij vel liberationẽ a patria Potestate per Iudicem vel Consulem factam nouos filios procrearet cogatur filius emancipatus si plus habuerit tempore quo exiuit de patria Potestate quam eum contingeret si pater intestatus decederet, & ipse in Potestate mansisset fratri, vel fratribus suis contraferre ea omnia quæ a patre habuerit tempore quo de potestate patris exiuit & postquam pater fuerit per Iudicem vel consulem admonitus quòd filium suum emancipet nulla alienatio nulla hypotheca nullus contractus cum patre celebratus, vel confessio aliqua per patrem facta vsque ad emancipationem valeat & teneat, Sed sit ex præsentis statuti vigore: casus Irritus & inanis & pro infecto tunc totaliter habeatur & si filius vel filij qui petunt munus emancipationis impendi vxores habuerint cogatur pater dotem, vel dotes assignare ipsis filiis quorum sunt vxores vna cũ alia assignatione quã faciet de bonis suis & si assignare differet, possit Iudex vel Consul: utrãq; assignationem simul & diuisim ex suo officio expedire postquã assignationem de assignatis rebus pater amplius non intromittat & possit & debeat Iudex vel consul per omnes modos quibus melius videbitur expedire, & per sacramentum ipsius patris & eorum quos filius diceret aliquid deberi patri: vel de bonis patris penès se aliquid habere vel tempore patris super emãcipatione habuisse inquirere veritatem de valore & quantitate bonorum patris & si talis pater haberet filiam uel filias fęminas quæ non peterent emancipari detrahatur de ipso matrimonio arbitrio iudicis coram quo quæstio erit dos vel dotes secundum facultatem bo-

norum, quæ remaneant penès patrem vel fratrem vbi voluerint ipse filiæ remanere, & talis pater possit detrahere primo de ipso patrimonio dotem vxoris suæ, quam obseruare debeat ad voluntatem dicti filij & filiorum suorum & si talis filius familias esset minoris etatis, quòd prædicta petere nesciret, quòd prædicta fiant ad postulationem vnius parentis dicti filij: ex paterna vel materna linea, & e conuerso quilibet pater bone conditionis, & famæ possit expellere quoscunque filios non bene se habētes & non obedientes mādatis dicti patris sui cum parte assignata, & non assignata de domo præstante tamen patre illi tali filio alimenta competētia secundum facultatem bonorum, vel dante ei partē bonorū a iure concessam & de prædictis possint cognoscere & deffinire Vicarius vel Iudex D. Potestatis, qui pręest ad rationem reddendam.

¶ Quod nullus accipiat mutuo occasione alicuius forasterij, nec esse possit fideiussor de mutuo talis contractus. Stat. 248.

STATVIMVS, q̃ nullus possit esse fideiussor pro homine extraneo seu non supposito iurisdictioni domini Potestatis Laudæ de præstito nec de aliquo alio contractu vel distratu & si fuerit non teneatur nec cōueniri possit de fideiussoria, & componat pro banno librarū vigintiquinq; imperialium qualibet vice.

¶ Quod nulla cessio iuris possit fieri contra Laudensem a forensibus. Stat. 249.

STATVIMVS, quòd nulla cessio iuris ab aliquo forensi fieri possit contra aliquē ciuem Laudæ vel iu-

risdictionis Laudę, & si facta fuerit ipso iure sit nulla, & nullius momenti, nec conueniri possit aliquis de ipsa cessione.

¶ Quod nulla possit cessio fieri per forensem in ciuem contra ciuem. Stat. 250.

STATVIMVS, quòd nulla cessio iuris, ab homine forensi possit fieri in aliquem ciuitatis uel iurisdictionis Laudę contra aliquem ciuitatis vel iurisdictionis Laudæ, quod statutum non habeat locum in Laudensibus ciuitatis vel iurisdictionis Laudæ, qui sunt fideiussores, vel debitores pro hominibus ciuitatis uel iurisdictionis Laudę vel districtus penès forenses, nec in cessionibus quæ fieri cõtingunt alicui ciui vel substinenti onera communis Laudæ in deffensionem rerum immobilium.

¶ Quod nullus permittat aquam pluuiam pluentem super suum decurrere super alienum. Stat. 251.

STATVIMVS, quòd quilibet debeat & teneatur retinere aquam, quæ pluuit super suum in suo, ita quòd non decurrat super alienum & qui contrafecerit postquam fuerit sibi denunciatum in præsentia duorum bonorum testium, vel per publicum instrumentum componat pro banno solidorum cẽtum imperialium quotiens contrafecerit.

¶ Idem intelligatur de qualibet alia aqua decurrente ab alieno super alienum nisi haberet seruitutem in contrarium.

Quod

¶ Quod liceat Laudensibus facere permutationem cum forensibus vt infra. Stat. 252.

STATVIMVS, quòd liceat cuilibet ciuitatis & districtus Laudæ permutare cum homine alterius iurisdictionis dummodo non faciat fraudolosam permutationem videlicet, ꝙ non possit permutare castrum, vel villam vel sedimé, vel honorem curtis, vel turrim vel casamentum in Episcopatu Laudæ, nec etiam aliquam aliam rem vnde denarium accipiat de re permutata, possit tamen permutare res alias dũ accipiat permutationem in eodem territorio seu Curte vel ad minus in circuitu vel locis confinibus, & hoc habeat locum tam in præteritis quam futuris alienationibus, & ipsas permutationes licitum sit facere tantum cum voluntate domini Potestatis & Capitanei Laudensis, & aliter non sit licitum facere permutationem.

¶ Quod a sententiis officialis clausorum appelletur vt infra. Stat. 253.

STATVIMVS, quòd quilibet appellans ab aliqua sententia seu condemnatione facta per officiales constitutos ad custodiam clausorum tabernariorum, & bisclatiorum teneatur & debeat prosequi, & finire dictam appellationem, infra quindecim dies, a tempore appellationis interpositę computãdos alioquin dicta sententia seu condemnatio pro firma habeatur, ac si appellatum non fuisset.

¶Quod notarij ciuitatis & burgorum Laudæ, qui ſunt in matricola. Stat. 254.

STATVIMVS, quòd notarij ciuitatis & burgorum Laudæ qui ſunt in matricola, quòd pater pro filio, & filius pro patre, & fratre pro fratre poſſit vnus pro altero officium notarie exercere Statuto aliquo non obſtante, dummodo ille ſit ſufficiens ad dictum officium exercendum, idem ſeruetur in quolibet alio officiali layco communis Laudæ ita & taliter quòd ille notarius vel laycus qui pro alio facere debuerit aliquod officium ſcribatur in libro officialium, & nemo poſſit facere dictum officium niſi ille qui in dicto officio fuerit ſcriptus.

¶Quod qui exercuerit officium contra ſtatuta ſit ſuſpenſus ab officio. Stat. 255.

STATVIMVS, quòd quicunq; habuerit vel exercuerit aliquod officium contra formam ſtatutorum communis Laudæ ipſo iure ſit excluſus ab omnibus officiis communis Laudæ per biennium & inſuper condemnetur in ſolidis quadraginta imperialium.

¶Quod ſi quis recuſauerit aliquod officium ſibi datũ non poſſit habere officium. Stat. 256.

STATVIMVS, quòd ſi quis ciuitatis, vel iuriſdictionis Laudæ recuſauerit facere officium aliquod ſibi datum pro communi officium habere non poſſit, abinde infra annum.

Quod

¶ Quod Consules locorum Episcopatus Laudæ compellantur per Potestatem facere laborare terras laborerii sancti Bassiani. Stat. 257.

STATVIMVS,& ordinauimus, ꝙ si terræ alique seu sedimina & possessiones alique dic. laborerij essēt in aliquo loco seu territorio episcopatus Laudæ quæ non laborentur seu affictate nō essent,& officiales dicti laborerii non inuenirent, qui vellet eas ad fictum accipere vel laborare ꝙ dominus Potestas, qui nunc est,& per tempora fuerit sacramento teneatur postquam fuerit ei denūciatum per officiales seu notarios dicti laborerij compellere consules dicti loci in cuius territorio essent dictæ terræ ad laborandum seu ad faciendum laborari per commune dicti loci secundum quòd laborauerint alias terras iacentes in dicto territorio circonstan.

¶ Qualiter debeat fieri talee per homines habitantes in Episcopatu Laudæ. Stat. 258.

STATVIMVS, & ordinauimus ꝙ omnes talee quæ de cętero fient per homines locorum & castrorum episcopatus Laudæ fiant de cætero, ut duæ partes pro auere, & tertia pro personis substineātur & soluētur.

¶ Qualiter talee ciuitatis debeant compartiri. Stat. 259.

ITEM Statuerunt, quòd omnes talee quæ fient in ciuitate & burgis Laudę, fiant medietas pro auere, & medietas pro personis.

¶ De officialibus eligendis super consortio gratis Sancti Basiani. Stat 260.

STATVIMVS, & ordinauimus ꝙ sapientes camere debeant eligere officiales super consortio gratis, & super rebus dictę gratis eo modo & forma quo eligun tur officiales laborerii.

¶ Quod quatuor Sapientes eligantur qui prouideât super damnis quæ dantur per muziam & alias aquas. Stat. 261.

STATVIMVS, & ordinauimus, ꝙ quatuor Sapientes eligantur per dominum Potestatem, qui proui dere debeant damna quæ fient ocasione muzie, vel ali cuius alterius aque, & habeant bayliam faciendi aptare ita quòd damnum non fiat sine per damnū dantes, vel per illos quos tangit & quicquid fecerint ipsi sapientes sit firmum.

¶ Quod Potestas compellat vicinos dare stratam, & accessum illis campis, qui non habent. Stat. 262.

STATVIMVS, & ordinauimus quòd vbicunq; consuetum est esse in clausis & episcopatu Laudæ aliquos accessus & stratas per quas vicini ibant ad terras eorum, ꝙ dominus Potestas, qui pro temporibus fuerit infra quindecim dies postquam eidem denunciatū fuerit, vinculo sacramenti & pęna librarū uiginti. quinq; imperialiū teneatur habere quatuor de melioribus, & proximioribus vicinis dicti talis accessus vel Strate, & scire veritatem ab eis, & ipsa veritate cogni

ta

ta ipsos accessus & stratas facere reduci in pristinũ statum infra dies quindecim sub prædictis penis saluo quòd hoc non vendicet sibi locum si infra dictum tẽpus quindecim dierum appareren instrumenta antiqua & antiquissima quæ non haberent ibi aliquos accessus siue strictas & hoc statutum ex nunc vendicet sibi locum.

¶ Quod vicini proximiores teneantur dare viam personis habentibus terram viam non habentem. Stat. 263.

STATVIMVS, & ordinauimus, ꝙ si aliqui campi fuerint non habentes vias vel accessus per quos & quas possint ire ad campos eorum in clausis & Episcopatu Laudæ ꝙ proximiores vicini teneantur dare viã, talibus non habentibus viam & accessus eundi & redeundi per illum locũ vbi minor vtilitas exciterit tali vicino expensis illius qui petierit sibi dari viam in estimo duorum bonorum vicinorum elligendorum per dominum Potestatem quæ omnia debeant executioni mandari per dominum Potestatem sine strepitu iudicij infra quindecim dies postquam ei fuerit denuntiatum & hoc statutũ ex nunc vendicet sibi locũ.

¶ Quod Iudex domini Potestatis qui præest ad pecuniam communis exigendi compellat notarium procuratorum reddere rationem de denariis campariorum & damnorum datorum omni mẽse sub pęna librarum decem dicto iudici de quo sindicetur. Stat. 264.

STATVIMVS, & ordinamus quòd Iudex Dom. Potestatis, qui præerit officio pecuniarum exigen-

darum teneatur compellere notarium procuratorum reddere rationem de denariis campariorum & damnorum datorum omni mense quando fit ratio communis, & eos denarios dare & consignare dominis & cãpariis vel officiali deputato ad camerã armarij sub pęna dicto notario aufferenda solidorum viginti imperialiũ pro quolibet notario & quamlibet vice, qui officialis dictos denarios dare teneatur dominis & Campariis.

¶ Quod Iudex Potestatis compellat dębentes dare collegio notariorum. Stat. 265.

STATVIMVS, quòd Iudex domini Potestatis, qui præerit ad exigendum pecuniam communis Laudæ sacramento precisæ teneatur ad petitionem consulum collegij notariorum Laudæ siue sindici ipsius collegij compellere quoscunq; notarios, & quaslibet alias personas debẽtes aliquid dare dicto collegio nomine dicti collegii, aliqua occasione quemadmodũ tenetur compellet illos qui pecuniam communi dare tenentur tam pro condemnationibus factis per ipsos consules, quam aliis qui debent ipsi collegio aliis occasionibus.

¶ Quod consules collegii notariorũ possint condemnare. Stat. 266.

STATVIMVS, quòd consules collegii notariorum Laudæ seu duo ex ipsis possint condemnare quemlibet notarium facientem contra pręcepta eorundem

consu-

consulum seu cōtra statutā collegii notariorum usq; ad quantitatem solidorum quinq; Imperialium pro qualibet vice ad voluntatem Saluo honore D. Potestatis & comunis Laudæ.

¶ Quod nil teneatur super disco vbi mensuratur drapus. Stat. 267.

STATVIMVS, quòd draperii non teneant drapum lini vel stope, canepi, vel caneuacii, nec aliquam aliam coperturam super disco vbi mēsuratur drapus, & qui cōtrafecerit soluat pro banno pro quolibet, & qualibet vice solidos decem imperialium: & potestas teneatur inquirere contrafacientes, & punire.

¶ Quod testores faciant drapum prout est ordinatum. Stat. 268.

STATVIMVS, quòd omnes & singuli testores ciuitatis & burgorum Laudæ vndecunq; sint teneātur & debeant facere drapum lini & stope secundum mēsuram per commune Laudæ eis datam tam in amplitudine quam in longitudine secundum formam statuti communis Laudæ & quod nullus sit nec esse debeat temeritatis & audatie, qui audeat & præsumat texere vel ordire nisi ad mensuram prædictam pęna, & banno solidorum decem imperialium pro qualibet vice, & quilibet sit accusator & habeat medietatem banni & etiam consules dicti paratici possint inquirere & condemnare quarum condemnationum medietas sit communis & altera dicti paratici.

De

ITEM statuit commune Laudæ, quòd infrascripti dies & feriæ inferius nominatæ intelligantur esse & sint dies & feriæ solemnes introductæ ad honorē Dei, & sanctorum, & eis diebus non reddatur ius in ciuilibus Sed omnis actus iuridicus in medietate conquiescat, quæ dies & festiuitates sunt illæ videlicet Natale Domini cum septem diebus præcedētibus, & septem sequentibus circuncisio Domini, Epifanie domini festum sanctorum Christophori & Antonij festum sancti Bassiani protectoris deffensoris & Patroni ciuitatis Laudæ cum tribus diebus præcedentibus, & tribus sequentibus & omnes dies a Natiuitate domini vsque ad tertiam diem post ipsum festum sancti Bassiani inclusiue, omnes dominicales omnes festiuitates duodecim apostolorum conuersio sancti Pauli, Festiuitates Virginis Marię, quæ celebrantur in Mensibus Februarij Martii Augusti & Septembris, & Festum conceptionis Virginis antedictæ, quod celebratur die octaua mensis Decembris, festum sancti Blasii Catedra sancti Petri festum resurrectionis domini nostri Iesu Christi cum septem diebus præcedentibus & septem sequētibus festiuitatés sanctorum Georgii & Marci festum Ascensionis domini cum tribus diebus præcedentibus festum sanctæ Eugeniæ, festum Pentecostes cum duobus diebus sequentibus, festum inuentionis sanctæ Crucis, quod celebratur tertio madii, & eius exaltationis quod celebratur quartodecimo Decembris festum Corporis Christi, festum Natiuitatis & decolationis sanctæ Ioannis Baptistæ, festū sanctæ

Mariæ Magdalenę, festũ sancti Petri ad vincula quod celebratur primo Augusti festum SS. Dominici & sanctæ Mariæ de Niuę quæ celebratur quinto Augusti, festum sancti Laurentij, ac festa sanctorum Augusti Frãcisci Egidij, sancti Michaelis, Sancti Lucæ, & festum sancti Galli, quod celebratur die sextodecimo Octobris festum omnium Sanctorum & dies festi Mortuorum tota die, translatio sancti Bassiani, & festa sanctorum Martini Catherinæ Ambrosij, & Nicolai, & prima dies quadragesimæ quæ appellatur dies cineris. itẽ festiuitates sanctorum Hieronymi & Gregorii. item dies carnis priuii intelligitur esse & sit feria repentiua & non introducta ad honorem Dei ferie vero messium intelligãtur esse & sint introductæ semper quolibet anno a medio mense Iunii vsq; ad quintam decimam diem Iulii inclusiue, & ferie vindemiarum intelligantur esse & sint introductæ semper quolibet anno a medio mense Septembris vsq; ad quintamdecimam diem mensis Octobris inclusiue, & saluo quòd temporibus mensium & vendimiarum possit cognosci de infrascriptis videlicet de sequestrationibus fiendis & remouendis & mercedibus & massaritio socedo, & concessione facta ex causa massaritii & de omni debito & credito massariorum & de merchatis factis ab vno mense infra & quibuslibet aliis victualiis, & pro bobus equis & aliis animalibus de quibus sit factum mercatum a mense infra, & de omni debito cuiuslibet debitoris fugitiui & non possidẽtis bona immobilia in ciuitate vel districtu Laudæ de cuius fuga timeatur & stetur sacramento creditoris de suspectione, & fuga. item de his quæ pertinent ad messes, & vẽ

demias

demias quæ tamen non vendicent sibi locũ in datiis communis Laudæ, omnes autem alii dies sint & esse intelligantur iuridici & vtiles. Item in diebus quadragesimalibus non reddantur iura nisi semel in die videlicet in vesperis & ipsi dies reputentur pro media die vtili tantum, ita quòd duo dies iuridici ex ipsis faciunt vnam diem vtilem tantum.

¶ De pignorationibus non fiendis diebus feriatis. Stat. 270.

ITEM statuit commune Laudæ quòd nullus seruitor, vel barouarius audeat, vel præsumat modo aliquo pignorare aliquam personam in ciuitate burgis vel Episcopatu Laudæ infrascriptis diebus feriatis videlicet Natalis domini cum septem diebus præcedentibus & septem diebus sequentibus, & omnibus diebus festiuitatum virginis Mariæ & diebus dominicalibus, & festiuitatibus duodecim Apostolorum, festo S. Bassiani cum tribus diebus præcedentibus, & tribus sequentibus & festiuitatem sanctorum Ioannis Baptistæ, & Laurentii, & festo resurectionis domini nostri Iesu Christi, cum septem diebus præcedentibus, & septem sequentibus, & festo Pentecostes cum duobus, diebus sequentibus, & si contrafactum fuerit ipsa pignoratio sit nulla & nullius valoris & momenti ipso iure & facto, & quilibet iusdicens ex cuius parte, vel mandato talis pignoratio facta fuerit teneatur, & debeat vinculo sacramenti & sub pęna soldorum centũ tertiolorum incontinẽti facere restitui huiusmodi pignora taliter robata vt supra etiam sine scriptis & ex-

tra

tra ordinem & omnis ſcriptura ſolemnitatis iuris & ſtatutorum omiſſa expenſis dicti ſeruitoris, vel barouarij, & vltra, ſub pęna dicto ſeruitori, vel barouario ſoldorum decem imperialium pro quolibet pignora & teneatur dictus iuſdicens perſonaliter capi facere dictum ſeruitorem vel barouarium, & eos non rellaxare donec libere reſtituerint dicto pignerato, vel robato pignera ſupraſcripta, & donec ſoluerit pęnam ſupraſcriptam, quod ſtatutum non habeat locum in debitoribus camere Magnifici domini noſtri, ac daciorum & communis Laudæ.

¶ Quibus diebus non debent recipi accuſationes damnorum datorum. Stat. 271.

ITEM quòd diebus feſtiuis inferius limitatis non recipiantur nec ſcribantur alique accuſationes inuentiones & denunciationes damnorum datorum; videlicet Natale Domini cum tribus ſequentibus diebus Dominicis feſtiuitatibus virginis Marię & duodecim apoſtolorum, circumciſionis Domini Epiphaniæ ſancti Basſiani, reſurrectionis Domini, cum duobus diebus præcedentibus & duobus ſequentibus, Pentecoſtes, Aſſenſionis domini, ſancti Ioannis Baptiſtæ, & ſancti Laurentii.

¶ Quod quilibet posſit ſibi eligere viam ordinariam. Stat. 272.

ITEM quòd quilibet volens agere qualibet actione reali, vel perſonali officio, vel alia actione, poſſit & ſibi liceat eligere viam ordinariam, & dare libellum

aliquo

aliquo alio statuto non obstante & quilibet possit libellum producere coram iusdicente etiam non sedente parte absente & non citata & valeat dummodo postea intimetur & dimitatur inscriptis tenor libelli reo personaliter vel ad domum seu locum vbi citari debuerit vel legitime persone pro eo.

¶ Idem intelligatur de capitulis & positionibus productis &producendis in quacunque causa.

¶ De illis qui pro infrascriptis debitis possint detineri. Stat. 273.

ITEM statuit commune Laudæ, quòd quicunq; fictabilis pensionarius siue conductor, colonus massarius, socidarius, possint personaliter detineri pro debitis & occasione debitorum de quibus tenerentur ex causa ficti pensionis mercedis datii seu massaritij, seu ex causa socedi bestiarũ quas habebãt vel habuissent in socedo, aliquibus decretis statutis prouisionibus seu ordinibus hinc retro factis nequaquã obstãtib.

¶Item statuit commune Laudæ quòd in vigiliis festiuitatum beatæ virginis Mariæ Pentecostes, Assensionis Domini nostri Iesu Christi, sancti Ioannis Baptistæ & S. Petri Apostoli non reddatur ius, in ciuilibus, nisi semel in die videlicet in tertiis.

¶ De ordine examinandi notarios recipiendos in collegio notariorum Laudæ, & de libro qui fieri debet. Stat. 274.

STATVERVNT, quòd Consules collegij notariorum ciuitatis Laudę debeant habere & manutenere

nere

here librum vnum de cartis membranis in quaternatum in asſidibus qui ſtet penès officialem deputatum ad cameram armarii Communis Laudæ, in quo ſcribantur nomina & cognomina, & ſigna notariorum dicti collegij intrantium dictum collegium, & annus & menſis & dies quo ipſi notarii intrant ipſum collegium, & ipſum collegium non posſit, nec debeat aliquis intrare qui non ſit oriundus de ciuitate & epiſcopatu Laudæ, & qui non ſubſtineat onera communis Laudæ & intelligatur ſuſtinere ſi poſitus eſſet in talea ipſe, aut pater eius vel alius qui ſit caput familiæ ſuæ, vel ſi ſit ſuppoſitus iuriſdictioni domini Poteſtatis Laudæ, & qui ſe non ſcripſerit in dicto libro, vel ſcriptus non ſit non posſit tradere, vel rogare inſtrumenta, nec recipere teſtes, & ſi aliter factum fuerit non valeat ipſo iure, & vltra cōtrafaciens teneatur ad intereſſe damnum paſſo, ſaluo quòd hoc non habeat locum in notariis foraſteriis officialium illuſtrisſimi Principis & Excelſi domini domini noſtri & Iudicum ſuorum, nec etiam in notariis domini Poteſtatis Laudæ deputatis ad maleficia in eis tantū, quæ tangerent eorum officia & dependentia ab eiſdem, & ſcripti & recepti approbati intelligantur omnes illi qui in ipſo libro ſcripti ſunt vel ſcribentur vt infra.

¶De Eodem. Stat. 275.

ITEM ſtatuerunt quòd quilibet notarij volentes de cętero intrare dictum collegium examinari debeāt antequā intrent ſeu recipiantur in dicto collegio per conſules collegii notariorum, & per duos procuratores

res exercentes artē Procurarie in ciuitate Laudæ, qui teneantur eorum Sacramento corporaliter præstito approbare & reprobare dictos Notarios volentes dictum collegium intrare nec instrumenta tradere, nec testes examinare.

¶De ætate Notariorum recipiendorum. Sta. 276.

NVLLVS minor annis quindecim recipiatur in ipso Collegio, & qui scriptus fuerit in ipso libro habeatur pro notario examinato, & intelligātur omnia solemniter facta in eius fauorem & scripturarum suarum, & si dubitaretur de tali ætate talis notarij recipiendi stetur sacramento patris, vel matris vel vicinorum suorum.

¶De sacramento fiendo per notarios tempore quo recipiuntur in Collegio. Stat. 277.

NOTARII qui recipientur in ipso Collegio tempore eorum receptionis & antequam se scribant in ipso libro iurare teneantur & iurent ad sancta Dei euangelia corporaliter tactis scripturis præsentibus illis quæ erunt dictæ examinationi, quòd officium tabellionatus facient & gerent bona fide & in eo nō comittent dolum neque fraudem & seruabunt statuta, & reformationes dicti Collegii, & etiam notificabūt oēs & singulos tam de ipso collegio quam non si facerent vel fieri facerent cartam falsam vel actum falsum in ciuitate vel districtu Laudæ, & aliter non recipiantur nec se scribant, & quilibet notarius, qui intra-

uerit

uerit dictum collegium, soluat antequam inter campario dicti collegii solidos quadraginta imperialium, notarius qui intrauerit, saluo quod si in ipso collegio scriptus fuerit aliquis pater patruus frater vel ascendēs talis notarii, quòd tūc soluat solomodo solidos viginti imperialium.

¶Aduertatur ex dictæ solutiones sunt reformare, vt constatur in actis dicti collegii.

¶Quod vniens ad sacros ordines non faciat artem notarie. Stat. 278.

SI quis de ipso collegio peruenerit ad sacros ordines ipso iure sit exemptus ex ipso collegio, nec possit vlterius artem tabellionatus exercere, & quicquid exinde per eum factum fuerit non valeat, sed sit nullius valoris & momenti.

¶Item ꝙ omni anno eligantur per collegium notariorum quatuor consules in quibus sint duo procuratores exercentes, artem procurarie quorum officium duret per vnum annum, quo officio durante habeant plenam & liberam potestatem deliberandi tractendi & prouidendi omnia negocia dicti collegii & examinandi notarios secundum formam Statutorum.

¶De ordine seruando per notarios in tradendo instrumenta & sententias ratione suorum officiorum. Stat. 279.

NOTARII officiorum Laudæ, quibus licitum fuerit tradere instrumēta rōne officiorum suorū qui tradiderint sentētias teneātur & debeāt eas imbreuiare, & in imbreuiaturis eorū & protocolis penès se reti

nere & poſtea debeant eas conſignare ad Cameram communis, vt ordinatum eſt, vt ſemper reperiantur, ſub pęna cuilibet contrafacienti pro quolibet, & qualibet vice ſolidorum centum tertiolorum caneuario dicti collegij nomine dicti collegij applicandorum.

¶ De pincturis quæ ſunt in parietibus pallatij remouendis & de nominibus infamatorum regiſtrandis Stat. 280.

CVM in parietibus Pallatii communis Laudæ ſint picte certè imagines præſentantes falſitatem teſtium quæ quamuis videantur eſſe facte ad confuſionem & infamiam falſariorum, tamen nō ſolum actoribus ipſarum falſitatum per huiuſmodi picturas ipſis falſariis, redditur ſcandalum & infamia imo totaliter ciuitati inſpectu foraſteriorum ipſas plerumque ſpectantium qui cū vident imaginantur & quaſi credūt, quòd maior pars ciuium prauam fidem agnoſcant, & magnis falſitatibus inuoluti ſint & propterea ſtatuit, quòd omnes ipſe picturæ amoueantur, & in futurum nullus pingatur, ſed acriter & fortius puniatur aliquo in contrarium non obſtante, ſed dicti figurati pro falſariis, & qui de cętero condemnabuntur de falſitate, regiſtrentur in vno libro qui ſit ad cameram communis Laudæ penès gubernatorem librorum communis Laudæ.

¶ Quod quilibet iuſdicens ſit executor horum ſtatutorum. Stat. 281.

QVILIBET iuſdicens ſit exequtor omnium ſtatutorum dicti collegij notariorum prout ab eis fue-

rit requisitum per Consules dicti collegii vel aliquem eorum qui quidem teneantur & debeant executioni mandare sumarie extra ordinem, & de plano & sine strepitu & figura iuditii, etiam solemnitate & substantiis iuris omissis per omnia iuris remedia etiã per detentionem persone non obstante collocatione causarum vel captionum.

¶ Quod iusdicentes non cogant notarios, ad exhibendum imbreuiaturas nisi &c. Stat. 282.

NVLLVS rector Iudex vel officialis quocunq; nomine censeatur possit cogere aliquem notarium ad exhibendum sibi aliquam imbreuiaturam alicuius instrumenti nisi primo agatur de suspectione falsitatis, vel nisi nominatim specificauerit instrumentum, quod petiit & qua occasione petit illam imbreuiaturam.

¶ De Baylia consulum collegii Notariorum Laudæ. Stat. 283.

CONSVLES Collegii habeant liberam Bayliam, & omnimodam circa prædicta omnia & singula exequenda & facienda in prædictis statutis collegii, & dependentibus & connexis ex eisdem occasione artis notarię, ac si essent meri executores iudices & cognitores omni exceptione appellatione querela, & quolibet alio in contrarium non obstante saluo semper beneficio domini domini nostri.

¶ De fide adhibenda libris collegii Notariorum Laudæ. Stat. 284.

ADHIBEATVR fides plena, tam in iuditio quam extra, libro collegij notariorum Laudæ in quo scripta sunt nomina seu subscriptiones ipsorum notariorum & cuilibet reperitur extracto vel extrahendo e dicto libro subscripto manu notarij statutorum cõmunis Laudæ.

¶ Quod scripti in libro collegii notariorum tractentur & habeantur pro notariis Stat. 285.

ILLI qui scripti sunt, & scripti erunt in libro collegij Notarioru habeantur & tractentur pro notariis.

¶ Rubrica generalis statutorum extraordinariorum.

¶ De ætate legitima. Stat. 286.

QVILIBET ciuitatis & districtus Laudæ, habere intelligatur ætatem legitimam ex quo habuerit annos decem octo in iuditiis & in omnibus aliis casibus.

De interdictione administrationis bonorum. Stat. 287.

INTERDICTIO Admininistrationis bonorum, si fiat alicui fiat causa cognita, & approbata

Coram

Coram Poteſtate, ab eo vel eius Iudicibus, vel Conſulibus, vt leges deſiderant & legatur in contione publica, & vltra præconizetur per ciuitatem, & aliter non valeat.

¶De eodem. Stat. 288.

SI ille cui bonis, vel adminiſtrationi interdictũ eſt conueniri non poteſt ab eo cum quo contraxerit, nec ille cum quo contraxerit conueniatur ad petitionem illius, cui fuerit interdictum, vt ſupra & equa lance procedatur.

¶De eodem. Stat. 289.

ILLI quibus fuerit interdictum vt ſupra ad conſulatum, vel ad aliquod publicum officium durante interdictione, minime admittantur.

¶De pena aduocati, & procuratoris qui fecerit pactum de quota parte litis. Stat. 290.

SI quis aduocatus vel procurator fecerit, pactum de quota parte litis, & probatum fuerit ſufficienter per duos teſtes, quòd ille aduocatus & procurator remoueatur ab officio aduocationis, & procurationis per triennium & condemnetur in libris centum terciolorum qualibet uice & quilibet poſsit accuſare notificare, & denunciare, & habeat medietatem condemnationis.

Quod Aduocati, & Procuratores teneantur præstare patrocinium contra magnatos, & alias quoſcunque. Stat. 291.

QVILIBET Aduocatus, & Procurator Ciuitatis Laudæ publicæ exercens officium aduocandi, vel procurandi ſi ſuſceperit officiũ aduocationis, vel procurationis in aliqua cauſa, ſeu pro aliqua perſona teneatur, & debeat præſtare ſuum patrocinium, tam coram iuſdicente quam corã conſiliariis, & alibi vbi expedierit, ſi requiſitus ſeu petitus fuerit per partem, qui eum petierit & voluerit habere in aduocatũ, vel procuratorem & hoc agendo, vel deffendẽdo contra quemlibet ex magnatibus Laudæ contra quemlibet iuriſperitum vel procuratorem & quamlibet aliam perſonam Laudæ ſub pœna librarum centum tertiolorum pro quolibet aduocato: & librarum quinquaginta tertiolorum pro qnolibet procuratore cuius penè medietas perueniat in partem, quæ ipſum petierit & cui denegauerit aduocationem, vel procurationẽ & alia perueniat in Commune Laudæ & prædicta habeant locum ſi pars ſoluerat & ſatisfecerit vel cum effectu obtulerit paratum ſoluere, & ſatisfacere dicto aduocato, vel procuratori de mercede ſua.

Rubrica generalis de ſeruitutibus.

De Feneſtris & Stilicidiis. Stat. 292.

SI Quis de nouo in pariete domus feneſtram fecerit, ſeu fieri fecerit, vel Stilicidium in alienum

imiſſerit

imisserit vel immiti fecerit a proximo suo vicino, possit cogi etiam sumarie de plano & sine strepitu & figura iuditii, vt fenestras obturet & Stilicidium remoueat, nisi doceat se habere seruitutem luminis vel Stilicidij imitendi, vel nisi pedem saltem vnum extra aliam parietem habuerit, quo casu ei habere sit permissum Stilicidium & fenestras feratas.

¶Quod ædificanti super suo, non sit necesse aliquid extra relinquere. Stat. 293.

CVM Quis domum vel parietem in suo ultimo cōstruere non habeat necesse aliquid extra relinquere, Sed tamen pedem unum foris nō relinquerit, nec fenestras habere, nec Stilicidium Imitere & permissum est.

¶Quod uicinus possit ædificare ultra pedem unum uicini sui. Stat. 294.

SI QVIS pedem extra domum suam habet, ultra illum pedem uicinus in suo poterit ædificare, ut in suo non uideat nec aqua Stilicidii eius recipiat.

¶Quod non possit fieri opus in præiudicium habentis seruitutem. Stat. 295.

SI LIMINIS seruitutem uel Stiliditii in alieno quis habuerit ille qui seruitutem talem habet nullum opus in præiudicium habentis dictam seruitutem poterit construere.

¶ De seruitute liminis. Stat. 296.

IS Cui seruitus liminis debetur plures fenestras, vel maiores quam consueuerit, vel in alieno loco facere non poterit nec possit.

¶ De seruitute Stiliditii. Stat. 297.

IS qui Stiliditium habet, maiorem aquā quam consueuit imittere non possit.

¶ De satisdatione volentis ędificare cui fuerit denunciatum. Stat. 298.

SI Cui volenti ædificare, vel aliud opus facere super suo vel communi, & denūciatum fuerit nouū opus, & paratus fuerit cum effectu satisdare cum idoneo fideiussore de opere de moliendo si iniuste ædificauerit vel laborasse, repertū fuerit admittatur, & statim præstita ipsa satisdatione in ipso laborerio possit procedere.

¶ De refectione parietis muri tam sui quam communis. Stat. 299.

LIcitum sit cuilibet reficere, & refici facere parietem seu murum suum tantum vel communem, & occasione ipsius refectionis ire & quæcunque opportuna ad id defferre: & fieri facere in domum vel prædiū vicini sui seu confinantis pro ipsa pariete seu muro reficiendis ita tamen quòd cum minori dispendio sui vicini possit vadat ut supra inferat & inferi faciat.

¶ De cōmuni pariete cōstruendo & reficiendo. 300.

SI commvnem Parietem quis reficere vellit aut inter domum vel curtem vicini sui de nouo mu-

rum

rum voluerit ædificare, possit vicinum suum etiam sumarie & de plano, & sine strepitu & figura iudicij compellere, vt medietatem expensarum muri illius siue Clausuræ vsque ad brachia quinque supra à terra persoluat, & si vltra illam mensuram ædificauerit vicinus nemine expensis aliquid soluere non compellatur nisi eo muro vel ædificio vti vellit per suorum tignorum impositionem quo casu compellatur expensarum portionem soluere, ea tenus quatenus eo vti voluerit alioquin possit prohiberi ab eo qui expensas fecit, vt non imitat & si imissum fuerit extrahat hoc ita vbi in domo vel curte murum fecerit vel facere voluerit in clausuris vero ortorũ licet in ciuitate fuerit non nisi clausurã facere cogitur, quia quasi rusticana prædia orti etiam in vrbe existentes, quantum ad hoc extimantur, Saluo si quis ortum vel brolium habuerit iusta ortum, vel terram alterius possit in loco communi super loco quo diuiditur vnum ab altero facere & fieri facere murũ grossum de vno lapide & dimidio vel minus prout ei placuerit, ita vt ipse murus in eius latitudine se extendat tantum versus suum vicinũ quantum versus alterũ, & possit ea de causa mittere ad partem uicini Magistros & laboratores & quæcunq; opportuna ad illud laborerium fiendũ ita tamen ad aduersus uicinum non possit facere fenestrã & uicinus possit uti eo muro, & eo infingere eo soluente ei qui fecit ædificari murum uel habenti causam ab eo medietatem ipsius muri prout extimabitur per duos magistros elligendos per ipsos uicinos & aliter non, & ipse murus cooperiatur de lapidibus coctis & uno cupo cooperientibus ipsum murum, & aquam pluentem

super muro ducentibus communiter aquã ad vtranq; partem, & si quis eidem muro voluerit ædificium apodiare vel in eo infingere hoc ei liceat dum tamen soluat vt supra, & faciat sui ædificij aquam defluentẽ super suo & nõ super muro pdicto nec super solo vicini

¶ De seruitutibus luminis & prospectus. Stat. 301.

SERVITVS luminis & seruitus prospectus idem representant iure nostro & seruitus, ne luminibus offuscatur, & ubi tractatur de seruitute luminis intelligitur de seruitute ne luminibus offuscatur.

¶ Declaratio qualiter quis intelligatur habere pedem. Stat. 302.

SI DVBIVM fuerit vtrũ quis pedem habeat vel non qui fenestras, & stiliditium, uel stiliditium tantum habere longo tempore consueuit pedem vnum habere intelligatur, ac si fenestras tantum habeat sine stilliditio seruitutẽ luminis: & non pedem habere intelligatur, & omnes fenestre per quas iri possit ab vna domo in aliam debeant esse ferate aliter stopentur.

De colono debitore non recipiendo si denunciatum fuerit. Stat. 303.

NVLLVS Colonus partiarius fictabilis vel mulinarius possit terram conductam, vel ad massaritiam acceptam dimittere; vel relinquere etiam termino elapso nisi prius domino, vel locatori satis fecerit de omni eo in quo esset dicto domino, uel locatori obligatus

gatus

gatus occasione dictæ terræ conductæ, vel ad massaritium accepte, & si dictus colonus partiarius fictabilis, vel mulinarius contrafecerit, nō possit, nec debeat aliquis de ciuitate, vel districtu Laudæ eidem colono partiario fictabili, vel mulinario locare suam terram molendinum, vel possessionem, vel ad massaritiū dare, & eum cum aliquo de eius familia aliter accipere, & tenere, vel receptare super suo & si quis ciuitatis vel districtus Laudæ contrafecerit, & eidem denunciatū fuerit per publicum instrumentum per olim dominū seu locatorem per ipsum conductorem, vel missariū partiarium fictabilem, vel mulinarium, expellat, vel debitum soluat facta mētione, & fide de credito suo, & ipsum conductorem massarium partiarium fictabilem, vel mulinarium non expulerit, vt supra infra mensem vnum à tempore dictæ denunciationis teneatur dictus alius locator seu dominus satisfacere dicto olim domino seu locatori de omni eo in quo dictus colonus partiarius fictabilis vel mulinarius repe. rietur obligatus esse ipsi olim domino vel locatori occasione pra dicta.

¶ Idem per omnia locum habeat si dictus colonus partiarius fictabilis, vel mulinarius excominatus, vel expulsus fuerit per dominum extra coloniam, & si contingat dictum colonum partiariu fictabilem, uel mulinarium deuenire massarium fictabilem, vel mulinariū alicuius nō subditi iurisdictionis communis Laudæ, vel per aliquem non subditum super suo vt supra, teneatur eodem modo, idem colonus partiarius fictabilis vel mulinarius teneatur satisfacere olim domino seu locatori alioquin colonus partiarius fi-

ctabilis

ctabilis,vel mulinarius contrafaciens, & quilibet de eius familia masculus maior annis decem octo ad petitionem olim domini seu locatoris, personaliter capi & in carceribus communis Laudæ detineri possit, donec satisfecerit ipsi olim domino seu locatori, de eo quod habere debebit vt supra, non obstante collocatione captionum facta vel in futurum fienda, nec possit idem colonus partiarius fictabilis, vel mulinarius,vel alius de sua familia taliter captus & detentus petere ipsi olim domino seu locatori, solidos duos tertiolorum in die qui peti possint per alios carceratos, & etiam liceat ipsi olim domino seu locatori capere & robari facere tali colono partiario fictabili, vel mulinario boues & plaustrum & omnia alia bona quæ reperirentur in custodia, vel in habitatione talis coloni partiarii fictabilis, vel mulinarij eius non suppositi quæ bona quo ad hoc esse præsumantur ipsius debitoris & non possit fieri probatio in contrarium per ipsum non suppositum, & quilibet nõ suppositus iurisdictioni communis Laudæ qui comiserit contra prædicta vel aliquod prædictorum ipso iure intelligatur esse & sit exemptus & alienus a protectione & deffensione communis Laudæ,Si non soluerit, vel in termino non excumiauerit,quod statum habeat locum tam in debitis pręteritis quam pręsentibus,& futuris.

¶De familiaribus qui possint cogi pro debito massarij partiarij vel fictabilis, Stat. 304.

QVLIBET Masculus,maior annis decemocto, qui fuerit de familia alicuius massarij partiarij, vel fictabilis alicuius teneatur & obligatus sit cum vniuer-

fis

ſis bonis eius ad omnia debita, quæ fuerint contracta cum domino ſuo: per illum maſſarium partiarium, vel fictabilem de cuius familia fuerit occaſione maſſaritij vel terræ, quam laborauerit,& tenuerit ab eo domino, ille maſſarius partiarius & fictabilis, ſtando in eadem familia cum illo qui ad ipſum debitum debet teneri vt ſupra & ad omnia debita quæ fuerint facta pro denariis præſtitis,& blaua pręſtita,& pro aliis quę communiter præſtantur,maſſariis occaſione maſſaritij, de quibus omnibus ſtetur ſacramento domini in præſentibus ſtatutis alibi dictum eſt.

¶Quod Coloni teneantur ingraſſare terras dominorum vt ſuas, Stat. 305.

COLONVS qui plurium dominorum terram laborat debeat eas terras, vt ſuas ęqualiter ingraſſare & laborare, alioquin ad damnũ teneatur idem ſi ſuas terras & vnius domini vel plurium laborat,

¶Quod maſſarij non moueant fructus ſine præſentia domini,vel ſui nuncii. Stat. 306.

MASSARII qui partem dare debent de fructibus, non debeant blauas vuas vel alios fructus ſegare, nec colligere,nec detrahere de terris ſine præsētia ſui domini vel eius caſtoldi vel nũtii, ſi adeſſe voluerint,

¶Quod domini poſſint in Campo fructus diuidere. Stat. 307.

DOMINI ſi voluerint poſſint blauas & alios fructus in Campo diuidere ita quòd colonus debent

fructus

fructus domini trahere ad villam & si pactum fuerit, debeat conducere ad ciuitatem.

¶ De vgis vinearum, non portandis ad videndum Laudæ, nec alibi. Stat. 308.

NON Audeant massarii partiarii, vgas vēdere nec Laudæ nec alibi conducere ad vendendum sine licentia domini alioquin damnum in quadruplū restituant domino, & soluant communi Laudæ, solidos decem tertiolorum & dominus, & quilibet de eius familia possit eis ipsas aufferre impune, & nullus possit accusare nisi dominus.

¶ De sacramento prestando proficto & re libellaria, & decima nō solutis & pro partiario & inquilino qui dicantur non soluisse. Stat. 309.

SI contingat inter dominum & collonum vel fictabilem de ficto præteriti temporis quæstionē moueri, domino sacramentum defferatur vt iuret sibi fictū solutum non esse, in toto vel in parte atribus annis infra a tribus vero annis supra, ellectio sit colloni, quòd iuret fictum esse solutum, vel se soluere non teneri, vel quòd colonus referat domino sacramentum, fictum non esse solutum, vel se soluere non teneri in toto vel in parte, hoc idem obseruetur si fictum rei libellarie petatur dum modo constet ante, de cōuentione ficti, aut locationis, aut per instrumēta, vel per testes, idéq; obseruetur in solutione decime, & idem obseruetur in partiario, & etiam sit in inquilino & prædicta locū habeant si dominus intra dictum terminum quærimoniam deposuerit.

Quod

¶ Quod dominus pręferatur aliis creditoribus in certis casibus. Stat. 310.

DOMINVS præferatur aliis creditoribus etiam anterioribus coloni vel inquilini cum hypoteca uel sine in fructibus, qui ex terris suis exierint & in rebus iuuectis in domum cóductam pro fictis & reditibus suis. Item pro blaua data pro semine & pro comedendo massariis, & familiæ eorum, & pro denariis datis pro à manegiis,& rachis pro feno & stramine & grassa & pro pensione sediminis seu domus suæ & adhibeatur fides de prędictis omnibus & singulis domino cum sacramento suo, aduersus colonum & inquilinum,etiam aduersus alios creditores taxatione præhabita, & quod res sit nata ex terris domini credatur sacramento domini.

¶ De ruderibus & straminibus & certis aliis relinquendis domino. Stat. 311.

SI contingat Colonum partiarium seu massarium recedere teneatur relinquere domino paleam ligatam & non ligatam culmum meliacham rapas scazias scarlionos palos troxos vitium & rachas si sint de materia illius massaritij, & alia rudera & stramina illius massaritij.

De eodem. Stat. 312.

SI fictabilis sit qui códuxerit sedimen uel sedimina & terras ab aliquo domino & cótingerit ipsam si

ctualitiá relinquere teneatur relinquere domino ledamem siue ruder paleas ligatas & nõ ligatas culmum & meliacham.

De eodem. Stat. 313.

TENEANTVR coloni pantiarii seu massarii vel fictabiles relinquere Sepes seu cesas & arbores ceduas seu cedi consuetas, & quæ non sunt cum cima iuet de tot foliis vt erant tempore inchoate fictualitie seu inchoati massaritii, illas vero quæ fuerint cum cima, nullo modo sine licẽtia domini incidere vel amouere posint, nec posint estirpare aliquos arbores cũ cima & sine cima, absque speciali parabula & licentia domini & si contrafecerint incurrant pęnam furti nõ manifesti.

¶ In quibus casibus colonus non teneantur soluere fictum vel redditum, & posit impune, ad aliam coloniam se transferre. Stat. 314.

SI colonus propter domini guerram inimicitiá, vel propter omnem guerram migrauerit ita quòd colonia sine periculo, permanere non posit fictum vel redditum futuri temporis soluere nõ compellatur, & ad aliam coloniam se posit impune transferre, & si postea pax fuerit, antequam ad aliam colloniá se transferat, rem quam antea cõduxerat tollere nõ teneatur.

¶ Quod dominus non teneatur recipere fictum, vel redditum per plures manus. Stat. 315.

SI vni, dominus fundum suum siue domum ad certam pensionem fictum, vel redditum præstandum

seu

ſeu ſoluendum locauerit, & hæredes inter ſe maſſaritium, vel rem locatam diuiſerint aut pluribus forte eũdem fundum ſiue domũ locauerint fieri non poſſint inuito domino, nec per plures manus cogatur dominus fictum, vel redditum percipere, vel recipere ne cum domini detrimento rei ſue fiat diuiſio ſeu locatio quod eſſet abſurdum.

¶De re locata quæ alienatur. Stat. 316

CVM Res locata intra tempus locationis vendatur vel aliter alienetur, emptor vel acceptor locationi ſtare non habeat conductore regreſſum habente, contra locatorem ſuum ad intereſſe, hoc tamen addito, quod ſi contingat rem locatam titulo asſignationis in partem vel diuiſionis alienari, tunc neceſſe ſit ſtare locationi, & non intelligatur pars fructuum conductori alienata per alienationẽ quã faciat dominus niſi hoc expreſſe in alienatione contineatur quo caſu fieri poſſit alienatio in præiuditium ipſius alienantis. b

¶De Eodem. Stat. 317.

PER alienationem fundi ruſtici non intelligantur fructus pendentes pro parte cõductoris eſſe alienati quin eos percipere poſſit & ſatisfacere ſecundo domino vt priori pro illo anno.

¶De melioramento facto ſuper fundo locatori quam debeat peruenire. Stat. 318.

SI QVOD ædefitium colonus partiarius vel fictabilis de lignis, vel materia maſſaritii fecerit

ſuper fundo domini totum domini vtilitati cedat, verum ſi aliunde materiam ſumpſerit domino conceditur facultas ſuperficiem tantũ emere quantum, & detracta, & ſoluta poſſet extimari alioquin colonus partiarius vel fictabilis illam ſine leſione prioris ſtatus poterit impune auferre.

¶ Qualiter dominus poſſit auferre maſſaritium colono. Stat. 319.

SI EXTRA locum vel territorium colonus iuerit ad habitandũ ſine licentia domini dominus impune maſſaritium auferre poſſit.

¶ De pæna Coloni qui non bene curauerit vineas dominorum. Stat. 320.

COLONI vineas dominorum bene cuſtodiant, & collant, & ſi contrafecerint arbitrio iudicantium domino damnum reſtituant.

¶ De reſtitutione rei locate. Stat. 321.

SI QVIS locauerit alicui vel aliquibus aliquam rem & inde appareat publicum inſtrumentum, vel probetur per duos teſtes, ꝙ ille conductor elapſo termino teneatur nulla exceptione obſtante dimittere rem conductam locatori, ſi congruo tempore requiſitum fuerit per locatorem vel habentẽ ius vel cauſam ab eo, etiam ſine libello vel alia declaratione, & non obſtante ſtatuto de ſapientibus dandis, & pręciſe cogatur

& cogi

& cogi posſit, per quemlibet iuſdicentem ſub pęna librarum centum tertiolorum iuſdicenti & conductori librarum centum tertiolorum, cuius pęne ſeu penarum, medietas ſit communis Laudæ, & alia ſit locatoris.

¶ De pęna recipientis inueſtituram abſque voluntate primi inueſtientis. Stat. 322.

SI QVIS inueſtitus fuerit ab aliquo de aliqua re vrbana vel ruſtica ſeu de aliquo iure, & patiatur ſe inueſtiri ab alio abſque voluntate primo inueſtientis vel eius hæredum quòd talis ſecundo inueſtitus puniatur in libris centum tertiolorum & ſecundo ſcienter inueſtiens in totidem, & talis inueſtitura nullius ſit valoris & momenti nec proſit in aliquo ſecundo inueſtienti & prædicta non habeant locum, quando volens ſecundo inueſtire miſſus eſt in poſſeſſione præcepto iudicis quo caſu primo inueſtitus poſſit recipere ſecundam inueſtituram impune à volente ſecundo inueſtire, & qui eſſet miſſus in poſſeſſionem auctoritate iudicis vt ſupra.

¶ Quod colonus partiarius non poſſit abſque voluntate domini abducere certas res extra poſſeſſionem locatam. Stat. 323.

NON poſſit aliquis colonus partiarius alicuius poſſeſſionis inuito domino vel locatore ſuo abducere vel abduci facere, ſub quouis prætextu, deſuper poſſeſſione eidem locata, aliquas beſtias animalia, vel alias res mobiles vel ſe mouentes, quæ ſint ipſius coloni vel quas ab ipſo domino vel locatore habue-

L 2 rit

buerit & si secus fieri voluerit, possit dominus vel locator per se vel eius nuntiũ & nuntios sua propria auctoritate & absque alicuius iusdicentis auctoritate seu licentia, obuiare ipsi conductori ne contrafiat & eas bestias animalia vel alias res mobiles, vel se mouẽtes, aprehendere & retinere nec propterea possit aliquo modo predictus dominus vel locator, nec domini nũtius accusari vel alio modo per aliquem iusdicentem imputari, & si contra eum fuerit processum ipso iure non valeat nec teneat.

¶ Quod paraticum & vniuersitas non faciant statuta nisi vt infra. Stat. 324.

NVLLVM paraticum seu vniuersitas alicuius paratici in ciuitate Laudæ, nec Episcopatu possit facere statutum & si quod factum esset vel fuerit non valeat, nec teneat, nec obseruetur. Sed solomodo obseruentur statuta Laudæ in præsenti volumine seu cõpillatione comprehensa nisi quatenus & de nouo confirmentur per commune Laudæ.

Rubrica Gratia concessa forasteriis venientibus ad habitandum Laudæ quod nõ teneantur ad onera infra tres annos & quod possint facere quælibet licitas artes & negotiationes, & non obstantibus statutis alicuius vniuersitatis. Stat. 325.

AD HOC vt ciuitas Laudæ viris & viribus impleatur, quilibet forasterius vndecunque sit, & dummodo non sit bannitus rebellis, vel inimicus communis Laudæ possit venire ad habitandum ad Ciuitatem Laudæ, & ibi stare, & morari, & facere,

& exerc

& exercere & exerceri & fieri per alios quoſcunq; voluerit, tam in ciuitate quam aliunde qualcunque licitas artes & negotiationes ad ſui libitum voluntatis ita quòd infra tres annos, liber ſit & immunis a quibuſcunque impoſitionibus pecuniariis impoſitis, & imponendis per commune Laudæ præterquam a datiis pedagiis gabellis & tolomeis ipſius communis, & q; non teneantur ad aliquam aliam ſolutionem dādam vel faciendam alicui vniuerſitati ratione, vel occaſione aliquorum ſtatutorum vel ordinationū illius vniuerſitatis & hoc non obſtante aliquo ſtatuto prouiſione vel decreto communis Laudæ vel alterius vniuerſitatis in contrarium edito vel edendo & quilibet qui venerit teneatur facere ſcribi ad cameram dominorū duodecim tempus ſeu euentus ad hoc vt ſciri poſsit quando erunt completi illi tres anni & non intelligatur foraſterius si habuerit aliqua bona imobilia in ciuitate vel diſtrictu Laudæ, ſeu ad fictum maioris temporis quam decem annorum.

¶De turpitudine non facienda ad portas Burleti nec in Burleto, nec ſuper ſcalas Pallatij.
Stat. 326.

NVLLA Perſona cuiuſcunque conditionis & ſtatus exiſtat, audeat nec præſumat mingere, nec aliquid aliud inhoneſtum, vel turpe agere ſeu facere prope portas Burleti communis Laudæ, nec ad ſcalas Pallatii nec aliquam earum nec in aliqua alia parte ipſius burleti, nec etiā apud muros ipſius Burleti, & hoc ſub pæna ſolidorū decem tertiolorū cuilibet contrafacienti, qualibet vice qua contrafecerit q̄ pænā exigere

teneatur & debeat quilibet iusdicens in ciuitate Laudæ, absque aliquo processu ad instantiam, & requisitionem cuiuslibet notificantis & oretenus & sine aliqua scriptura insuper custos & portinarius dicti burleti teneatur & debeat custodire, & operam dare toto suo posse, ne prædicta seu aliquod prædictorum comitantur & possit etiam auctoritate præsentis statuti aufferre pignus solidorum decem tertiolorum cuilibet contrafaciēti, cuius penè meditas sit & esse debeat notificantis: si aliquis fuerit notificans, vel prædicti custodis eo casu quo ipse notificauerit vel pignus acceperit & alia medietas sit Communis Laudæ.

¶De offitio custodis Burleti. Stat. 327.

CVstos Burleti debeat aperire & Clauare palatiū, & Burletum, sicut expedierit, & debeat custodire Burletum, & omnia bancha & alia quæ erunt in burleto, tam communis quam singularium persōnarū, & omnia ea quæ consignabuntur per Caneuarium communis Laudæ, & Caneuarius communis Laudæ teneatur consignare ei in scriptis bancha lapides & alias res cōmunis Laudæ, exceptis scripturis siue actis communis quæ tamen custodire debeant, & si quid de ipsis rebus siue denariis qui reponentur in zepis cōmunis Laudæ, aut bancha susceptum, vel diminutū fuerit teneatur cōmuni Laudæ restituere & debeat mondificare & mōdificari facere Burletum & custodire ne turpitudines, vel feditates fiāt ad portas burleti, nec sub pallatio, nec ad collegiū nec ad bācha notariū quę erūt in burleto, & tenere seu teneri facere necessaria cōis, mōda & ita ꝙ possit ad ipsa per quēlibet accedi siue īpedi

mento

mento putredinis & teneatur facere satisdationē idoneam ad cameram dominorum duodecim communis Laudæ de libris vigintiquinque tertiolorum, de prædictis rebus seruandis & custodiendis & de restitutione earum rerum, & denariorum & aliorum faciendorum & de prædictis rebus & denariis susceptis, & diminutis & aliarum rerum seu denariorum accip. & habeant stipendium ex numero vnius ex Barouariis domini Potestatis & quòd Potestas & domini duodecim debito sacramento teneantur facere fieri prædicta, quæ satisdatio debeat fieri per notarium dominorum duodecim.

¶ De eodem. Stat. 328.

CVSTOS Burleti debeat tenere claues, & debeat eas tenere & aperire Burletum quando est necesse, & cōueniens, & debeat custodire & guardare omnes res quæ sunt in Burleto tam communis Laudæ quam singularium personarum suis periculis, & expensis, & debeant etiam suis expensis tenere scallas remondatas a luto & aliis turpitudinibus & portas Burleti, & ipsū Burletum netum & netas, & vltra teneantur ita tenere aptatum quòd vsque ad brachia duodecim a portis Burleti possit iri per personas absque impedimento luti & debeat esse in mundo soldatorum pedestruum Potestatis habendo vnam pagam, & tamquam vnus ex eis debeat soldum recipere, & vltra debeat habere à Potestate expensis cibi & potus.

¶Contra forasterios negotiatorum, vt non possint stare Laudæ. Stat. 329.

NVLLVS forasterius negotiante possit stare in ciuitate Laudæ, si est de aliqua terra in qua negotiatores Laudæ stare & vti, & negotiari nō permittantur.

¶Rubrica generalis de certis vanitatibus non vtēdis.

¶Quod nullus induatur vestibus lugubribus excepta vxore defuncti. Stat. 330.

OCCASIONE funeris alicuius, nullus induatur vestibus lugubribus excepta vxore defuncti sub pęna librarum decem tertiolorum pro quolibet contrafaciente.

¶De his qui possunt morari ad comedendum ad domum defuncti. Stat. 331.

POST mortem alicuius & eius obsequia, non sit licitum alicui stare ad comedēdum cum familia seu aliquo de familia defuncti in domo defuncti: nisi fuerit agnatus seu cognatus defuncti vsque ad septimum gradum secundum iura ciuilia computādum, vel nisi de vicinis qui fuerint deputati ad expensas funeris defuncti vel vxore fratris defuncti & si quis contrafecerit in aliquo casu condemnetur in libris decem tertiolorum, & de prædictis omnibus & singulis contentis in præsenti statuto, teneatur potestas & eius vicarius inquirere & procedere per officium & superstantes parochiarum, teneantur notificare infra tertiam diem

pena

pęna ſuperſtanti parochie illius defuncti ſolidorum decem tertiolorum, quæ non habeant locum in caſibus infraſcriptis, pro obſequiis militum iuriſtarum phyſicorum, vel pro eis, qui habuerint regimen ciuitatis, & ad nullum corpus poſſint portari vexilla, nec bandere, nec duci equi, niſi ſit miles vel iuriſperitus, vel fuerit rector ciuitatis vel caſtri.

¶ De alienationibus rerum imobilium in non ſubditum iuriſdictioni domini Poteſtatis & communis Laudæ, qualiter fieri conceduntur, ac prohibentur. Stat. 332.

QVILIBET ciuitatis & diſtrictus Laudæ, qui in aliquem non ſubditum iuriſdictioni domini Poteſtatis & communis Laudæ aliquam rem immobilē quoquomodo alienare voluerit, ſoluat de vera extimatione rei quam alienat vel in alium non ſubditum iuriſdictioni domini Poteſtatis Laudæ & communis transfert, de qualibet libra tertiolorū ſolidos decē tertiolorū, & omnis res immobiles quæ poſſidentur, vel poſſidebūtur impoſterū, per ſuppoſitos iuriſdictioni domini Poteſtatis, & cōmunis Laudæ quas in futurū in non ſuppoſitū contingeret alienari ſiue ſolutione prædictorū ſolidorum decē tertiolorū pro qualibet libra ipſo iure ex tunc prout ex nūc cadant & cecidiſſe intelligantur in ius & dominiū cōmunis Laudæ, & ſi quis huic ſtatuto aliquo modo vel ingenio fraudem fecerit maxime de perſona ad perſonam condemnetur in veram rei extimationem, & nihilomilus ſoluat vt ſupra, notarij qui ſcienter inſtrumentum tradiderint vel ſcribent alicuius contractus per quem contra

prædicta

prædicta vel in fraudem prædictorum aliquo modo aliquid fieret puniatur in libris centum tertiolorum, & contractus ipso iure sit nullus & si contingeret personam quæ non sit de iurisdictione domini Potestatis & communis Laudæ possidere à modo rem quæ fuerit alicuius Subditi iurisdictionis domini Potestatis Laudæ pro plena probatione habeatur, quòd contra hanc ordinationem & statutum seu in eius fraudē alienatio facta sit & quòd Potestas Laudæ, qui ēst & pro temporibus fuerit teneatur & debeat de prædictis & quolibet prædictorum cum ad eorum notitiā peruenerit inquirere cognoscere & condemnare in quibus & aliquo eorum si negligens fuerit pęnam librarum quinque centum tertiolorum incurrat, & de prædictis & quolibet prædictorum, quilibet possit accusare: & habeat accusator medietatem prædictarū pęnarum & hoc statutum sit derogatoriū omnium statutorum prouisionum & reformationum etiam si in eis essent verba derogatoria de quibus oporteret specialem fieri mentionem, quibus omnibus & singulis in quantum præmissis obuiarent vel aliter disponerēt sit pęnitus derogatum,

¶De pęna mulieris nubentis cum hæreditate extra iurisdictionem Laudæ. Stat. 333.

NVLLA mulier se nubat cum hæreditate extra iurisdictionem communis Laudæ, & si nupta fuerit extra iurisdictionem, non succedat alicui de iurisdictione communis Laudæ, sed illa hæreditas perueniat in agnatos proximos vel alios propinquos, & hoc

siue

ſiue perueniat ex teſtamento ſiue ſine teſtamento.

¶Idem ſit & eſſe intelligatur in omnibus deſcen dẽtibus talium mulierum, qui nati fuerint ex non ſuppoſito iuriſdictioni domini Poteſtatis Laudæ.

¶Quod Brentatores debeant currere ad ignem tempore incendij. Stat. 334.

BRENTATORES, & portaſchi habitantes in ciuitate Laudæ, tempore incendij teneantur currere cum brentis eorum ad ſeruiendũ & ignem extinguendum donec à milite domini Poteſtatis vel à domino domus licentiati fuerint ſub pęna illis brentatoribus ſolidorum viginti tertiolorum pro quolibet eorum quibus brentatoribus ſatisfiat per eum qui habitat in domo vbi ſit incendium ſecundum quòd per Vicariũ domini Poteſtatis taxabitur ad quam ſolutionem cõpellatur de facto per Vicarium prædictum prout ſeruiuerit.

¶De domicella, vel famulla inhoneſte ſe habentem in domo domini ſui, cum domicello vel famuliari & de eorum pęnis. Sta. 335.

SI cum aliqua domicella vel famulla contingat domicellum vel familliarem in honeſte ſe habere in domo ſui domini poſſit dominus auctoritate propria ipſum domicellum & familliarẽ deduci facere in fortiam domini Poteſtatis, & quòd ſi hoc firmiter ſe credere dominus proprio ſacramento aſſeruerit ꝙ tunc domicellus vel familliaris reducatur & teneatur in carceribus per medium annum vel minus arbitrio do

mini

mini in cuius domo talia turpia fore perpetrata asse-
uerit se credere dictus dominus.

¶ De pęna opponentis, quòd reddentes ius in ciuitate Laudæ non possint reddere ius de decimis. Stat. 336.

NVLLA persona opponere vel allegare posit nec debeat quin ius reddatur de decimis & fructibus earum per dominum Potestatem & eius iudices & cõsules iustitiæ Laudæ in casibus à iure permissis & si quis talia opposuerit vel allegauerit non valeant, nec admittantur tales oppositiones vel allegationes.

¶ Quod qui tenuerit decimam per annos quadraginta præsumatur esse sua & deffendatur per potestatem & commune Laudæ. Stat. 337.

SI Qua decima possessa vel quasi seu detenta per aliquem per annos quadraginta fuerit continuato tẽpore seu cum tempore datorum seu antecessorũ suorum, præsumatur sua, & habeatur & censeatur pro possessore legitimo & quo ad deffensionem proprietatis, & omnis effectus possessionis seu quasi ipsius decime & si quis eum impedierit quoquomodo, quòd Potestas & commune Laudæ teneatur eum adiuuare, & deffendere omnibus modis ad voluntatẽ illius, qui illam decimam possiderit seu quasi vel detinuerit, vt supra sub pęna librarum ducentarum tertiolorum, & impediens exbimatur de protectione communis Laudæ, & iusdicens de prædictis teneatur procedere ad pe

titionem

titionem actoris sub pena librarum ducentarum tertiolorum qualibet vice & de hoc possit Sindicari etiā pendente officio aliqua lege vel statuto, vel reformatione vel prouisione in contrarium loquente non obstante.

¶ Quod omnes scolares studentes in ciuitate Laudæ sint absoluti ab onere personali. Stat. 338.

STATVERVNT ꝙ omnes & singuli scolares Laudenses in arte grammatica in ciuitate Laudæ, intelligantur & sint absoluti ab omni onere personali, saluo quòd quicunque ipsorum scolarium qui est vel imposterum fuerit de consilio generali Laudæ teneatur & compellantur ad solutionem guardiarum sicut alij de dicto consilio compellantur.

¶ De instrumentis imbreuiandis. Stat. 339.

STATVERVNT quòd quicunque notarius ciuitatis & suburbiorum ac districtus Laudæ nunc existens & qui imposterum fuerit teneatur imbreuiare quamlibet condemnationem, & quemlibet contractum imbreuiandam & imbreuiandum per eum infra quindecim dies proximos & immediate sequētes a die cellebrati contractus & cellebrate cōdemnationis sub pena solidorum viginti imperialium qualibet vice & quilibet possit accusare & habeat medietatem dicte pene seu condemnationis.

Quod

¶Quod omnia bona hominum & personarum Laudæ & aliunde perpetuo sint obligata communi Laudæ. Stat. 340.

STATVERVNT, & ordinauerunt, quòd quæcunq; bona habent vel habebunt homines & personę iurisdictionis Laudę qui de iure tenentur ad onera cómunis Laudæ in ciuitate vel Episcopatu Laudæ perpetuo sint obligata & obnoxiata communi Laudæ, & oneribus communis Laudę, adeo quòd etiam propria auctoritate ad ipsa semper posiit haberi recursus, quicunque sit possessor pro oneribus eorum substinédis, quorum fuisset nisi ipse possessor pro ipsis bonis substineret onera.

¶Quod conueniatur principalis antequam secundarius. Stat. 341.

SI QVIS fideiussoris vel secundario nomine pro aliquo se obligauit vel obligabit, primo principalis ꝓ quo obligatus sit vel erit debeat coueniri, & bona eius excuti debeant, diligenter, & in eis solutionem seu satisfactioné recipere debeat creditor usq; ad quantitaté concurrenté in bonis debitoris, antequá perueniat ad bona fideiussoris, vel secundarii non obstante ꝙ fideiussor renuntiauerit vel renuntiet tali benefitio, in Instrumentis obligationis, & prædicta locum non habeant in Illis qui essent obligati communi Laudæ.

¶De præceptis mittendis in scrptis forensibus. Stat. 342.

STATVERVNT & ordinauerunt, ꝙ si casus accideret in futurum ꝙ aliqua citatio seu præceptum fieri

debeat

debeat de aliquo forense qui non habeat habitationē aliquam in Ciuitate vel burgis vel Episcopatu Laudæ, aliqua de causa quód ipsa citatio seu præceptum fiat, & fieri debeat ad portam Burleti seu ad scallas pallatij communis Laudæ, quæ citatio seu præceptum sic facta & factum vt supra, valeat & teneat ac valere & tenere debeat, & habeat & habere debeat roboris firmitatem, ac si facta & factum foret ad propriam domū illius forensis vel personaliter, & quód in ipsa citatione seu præcepto, detur terminus dicto forensi ad comparendum octo dierum ad minus in causis singularium personarum, in causis vero communis Laudæ, seu tangentibus qualitercunque dictum commune Laudæ, Statuatur terminus arbitrio domini Potestatis Laudæ seu eius officialis.

¶De accusis scribendis ad cameram armarij communis Laudæ. Stat. 343.

QVOD de cætero omnes & singulæ accusæ denuntiæ, & inuentiones quæ dari cōtingerit, per quascunque personas ciuitatis burgorum & Episcopatus Laudæ, vel aliunde cuiuscunq; conditionis status vel manerieii aut dignitatis existāt, quò quomodo & nomine censeantur dictæ accusæ, denuntiæ & inuentiones pro dānis datis vel dādis scribantur & registrētur, ac scribi & registrari debeant per notarium deputatū ad cameram armarij communis Laudæ, & quód nulla deffensio, alicui denunciatio, vel accusato seu inuento de cætero ipsa de causa detur, nec dari possit vel debeat ante registrationē ipsarum accusationum & in-

uentionum

uentionum, sed dentur & dari debeant omnes & singule defensiones a modo in scriptis, cum subscriptione notarii vel notariorum prædictorum ad offitia cōmunis Laudæ. Quę quidem defensiones sic vt pręmittitur inscriptis dimittantur per seruitorem illis personis quibus dabūtur ipse defensiones vel saltem ad domas earum personarum vel eorum familiis, & aliter non valeant, modo aliquo, & quòd si aliquis dictorum notariorum præsentium & futurorum & seruitorum commiserint, vel omiserit aliquid de pręditis & contra præsentem prouisionem, seu aliquam defensionem dari fecerint, ante registrationem prædictarum accusationum vel inuentionum, condemnetur primo ille talis seruitor, vel seruitores, qui tales defensiones fecerint vel dederint sine scriptis, vt supra pro quolibet ipsorum & qualibet vice in libris decem tertiolorum & vltra, ille talis vel ille tales seruitores & notarii ad officia suprascripta constituti illico priuētur eorum officio & ipso iure & facto sint priuati exceptionibus quibuscunq; cessantibus & reiectis nullaq;, earum defensione audita vel admissa, & quòd si ex prædictis accusis seu inuentionibus vel aliqua earum condemnationem aliquam in futurum fieri contingerit ipse condemnationes fiant, & fieri debeant inscriptis per officialem & iudicem coram quibus date fuerint ipse accusationes & inuentiones.

¶ De depositis fiendis pro fictis. Stat. 344.

CVM multi sint habitantes, tam in Episcopatu Laudæ, quam extra Episcopatum quibus illi qui habitant in ciuitate vel Episcopatu Laudæ ficta soluere

tenèantur

teneantur, quibus graue est, & grauissimum, portare Ipsa ficta ad loca ubi morantur, & maxime qui aliquã do non habent qui faciãt scripturas confessionum in ipsis locis,& quia aliquãdo ficta recipere recusant Statuerunt quod fictabiles taliũ habitantiũ extra ciuitatem & burgos Laudæ possint dicta ficta deponere penes unum ex campsoribus electis seu eligẽdis per dominos Sapientes Cõmunis Laudæ, & si campsor non fuerit suffitiat facere tale depositum, penes aliquã personam Idoneam, quæ idonea intelligatur si fuerit extimata in extimis Cõmunis Laudæ in solidis triginta imperialium vel abinde supra ad terminum diffictationis vel ante etiã nulla facta alia oblatione vel consignatione, & quod facta dicta depositione, ille talis fictalis uideatur rite deposuisse & nullum tempus dif fictandi currat fictali, & ꝙ prædicti campsores vel alij recipientes depositum ut supra teneantur & debeant ipsa deposita relaxare, & dare dictis dominis, quorũ nomine deposità fuerint ad omnem eorum requisitionem, nulla exceptione vel contraditione dicti fictalis obstante, dum ipsis fiat debita confessio.

¶ Idem uendicet sibi locum, etiam si talis depositio facta fuerit per aliquam aliam personam nomine fictalis seu fictallium.

¶ Idem etiam uendicet sibi locum in qualibet alia re, uel quantitate debita vel debenda ad terminum sub aliqua pena.

¶ Prouisio in fauorem massariorum de aratura sibi danda per dominos. Stat. 345.

STATVERVNT & ordinauerunt, quod massarij, & alij laboratores terrarum habeant & habere

debeant si inuiti recedant a dominis terrarum vel expellantur a massaritio, Ipsarum terrarum imperiales octo pro pertica pro qualibet aratura ad ipsam rationem pro rata & si uoluntarie recedant habeant & habere debeant ad computum Imperialium sex pro qualibet aratura.

¶Rubrica generalis de Seruitoribus.

¶ De sacramento satisdatione & approbatione seruitorum. Stat. 346.

NVLLVS a Kal. Ianuarij in antea exerceat officiũ seruitorie nisi sit habitator ciuitatis vel suburbiorum Laudæ & nisi sit maior viginti annis, & nisi primo cõstitutus & approbatus fuerit per dominos duodecim sapientes cõmunis Laudæ & iurauerit & satisdederit de libris. 25. Imperialium Coram officio dominorum duodecim sapientũ cõmunis Laudæ prædicti, de exercendo bene & legaliter dictũ officiũ seruitorie, & ipsa satisdatio cedat & perueniat ad comodũ & damnũ passo soluat, si aliter fecerit & quæ satisdatio duret & durare debeat per totum annum & remouetur quolibet anno & habeat notarius ꝓ qualibet satisdatione cum exẽplatura & scriptura solidos tres Imperialiũ & non ultra aliqua occasione, & debeat Ipse seruitor ipsam satisdationem cum sacramento habere ita ut eam ostendat requirẽtibus sub pęna soldorũ 40. tertiolorum applicandorum requirenti quam pœna si secus fecerit incurrat ipso facto, & singulis annis aut in mense Decembris aut in mense Ianuarij elligantur

per

per dominos duodecim ſapientes quatuor boni ciues & quibus quatuor defferatur ſacramentum de approbando approbandos,& reprobando reprobãdos, qui examinẽt omnes ſeruitores, & qui ſecreto quemlibet approbent,vel reprobent & ille qui per plures voces dictorum reprobatorum,fuerit reprobatus, ipſo iure intelligatur eſſe & ſit reuocatus & amplius non exerceat officium ſeruitorie ſub pęna fuſtigationis per plateam maiorem Laudæ & librarum vigintiquinq; tertiolorum & quòd nullus debeat exercere officium ſeruitorie qui ſit ſcutifer,aut familiaris alterius ſub pœna ſoldorum centum tertiolorum.

¶ De nominibus & cognominibus ſeruitorum ſcribendis in vno libro. Stat. 347.

NOTARII officij prouiſionum teneantur habere vnum librum in quo ſint ſcripta nomina & cognomina eorum ſeruitorum commnnis Laudæ, qui approbati fuerint & ſatiſdederint, & iurauerint corã officio dominorum duodecim ſapientum, & annus & menſis & dies quo fecerint ſatiſdationem ſuam, de quo libro, dicti notarij teneantur ponere vnum exemplum ad cameram armarij communis Laudæ ſub pœna ſoldorum viginti imperialium pro qualibet dictorum notariorum & totidem pro quolibet ſeruitore & non poſſit aliquis ſeruitor exercere officium ſeruitorie niſi in dictis libris ſit ſcriptus vt ſupra ſub pœna fuſtigationis per plateam & librarum vigintiquinque tertiolorum.

¶ Quod omnes seruitores cuiuscunque officij portent, Zuriam seu birretam gialidam seu rubeam. Stat. 348.

QVOD seruitores omnes cuiuscumque officij teneantur & debeant Zuriam seu birretam gialidam & rubeam in capite portare & publice & discopertam sub pęna soldorum decem tertiolorum pro quolibet contrafaciente & qualibet vice,& vlterius tales seruitores contrafacientes infamentur seu reprobentur,& quilibet possit accusare & credatur accusatori cum sacramento,& vno teste fide digno.

¶ Quod nullus seruitor audiatur de mercede sua elapsis sex mensibus. Stat. 349.

NVLLVS seruitor audiatur post sex menses, de mercede alicuius requisitionis vel alterius actus, quos fecerit nisi infra sex menses quærimoniam deposuerit, vel cartam vel condemnationem receperit.

¶ Quod seruitor bannitus de maleficio vel falsitate non possit facere præceptum vel ambasiatam. Stat. 350.

NVLLVS seruitor, qui sit bannitus de maleficio, vel falsitate possit facere aliquod præceptum, vel ambasiatam.

¶ De iis qui non possunt esse seruitores. Stat. 351.

NVLLA persona quæ amiserit membrum pro aliqua falsitate possit esse seruitor.

Quod

¶Quod seruitor qui fuerit vel steterit scutifer, aut stetit cum aliqua persona non exerceat officium seruitorie in seruitio illius domini sui. Stat. 352.

NVLLVS seruitor, qui sit vel de cætero fuerit scutifer alicuius seu qui de cætero steterit cum aliqua persona ciuitatis vel districtus Laudæ possit exercere officium seruitore in seruitio, vel ad petitionem illius cum quo stat seu stabit.

¶De pæna seruitoris & famuli qui receperit maiorem remunerationem quam debuerit. Sta. 353.

SI QVIS seruitor stipendiatus vel famulus, acceperit vel receperit directe vel per indirectum per se vel submissam personam maiorem remunerationem quam in præsentibus statutis contineatur mulctetur de facto per iusdicentem cuius mandato fecerit vel facere debuerit executionem insolidis quinque tertiolorum pro quolibet imperialium, quem plus acceperit, vel receperit vt supra ad quam pænam seu mulctā de facto compellatur & compelli debeat, omnibus iuris remediis etiam per detentionē persone, & nihilominus restituat parti id quod indebite extorserit vel receperit quæ pæna seu mulcta perueniat in commune Laudæ pro medietate & pro alia in partem prædictam & de prædictis adhibeatur plena fides sacramento partis quæ dixerit dedisse vel soluisse vltra quam debuit, vt supra cum vno teste fide digno.

¶De Barouariis.D.Poteſtatis Laudæ dandis pro executione fienda. Stat. 354.

TENEATVR dominus Poteſtas & quilibet eius iudex & collateralis dare ſtipendiariis ſeu barouariis ad inſtantiam cuiuslibet creditoris ſeruitori pro executione fienda & eos ſtipendiarium & barouariũ cogere, vt fideliter vadant cum ſeruitoribus & faciant debitum ſui officij.

¶De prohibitione pignorum. Stat. 355.

NVLLI Seruitori vel Barouariis credatur de prohibitione pignorũ niſi cum vno teſte fidedigno.

¶Quod ſeruitores non portent cibras nec patitas. Stat. 356.

NVLLVS ſeruitor communis Laudæ audeat vel præſumat portare patitas vel cibras ſub pœna & banno denariorum duodecim imperialium pro quolibet & qualibet vice.

¶Quod ſeruitores non debeant pignorare, nec detinere niſi habuerint ſecum licentiam. Stat. 357.

ITEM quòd non ſit aliquis ſeruitor ſeu correrius, qui audeat vel præſumat de cætero pignorare, nec detinere in ciuitate, nec in diſtrictu Laudæ, aliquam perſonam commune collegium, vel vniuerſitatem

niſi

nisi ipse seruitor vel Correrius secum habuerit cõmis-sionem illius iusdicentis vel iurisdictionem habentis in dicta ciuitate vel districtu Laudæ ex cuius parte ipse seruitor vel Correrius talem personam commune collegium vel vniuersitatem pignorare, seu detinere debuerit, seu voluerit subscripta, & in actis posita per vnum ex notariis iusdicentis ipsius & hoc sub pæna cuilibet seruitori, seu correrio contrafacienti solidorum viginti imperialium pro quolibet pignore, quod pignorauerit,& pro quolibet quem detinuerit contra formam præsentis prouisionis & qualibet vice quę pęna perueniat in commune Laudæ & vltra essendi cassus ab officio, ad quod officium esse non possit nisi elapsis quinque annis.

¶ Item quòd si quis seruitor vel Correrius iuerit de cætero ad pignorandum vel detinẽdum aliquam personam commune collegium vel vniuersitatem & nõ habuerit commissionem vel licentiam illius iusdicentis vel iurisdictionem habentis in dictis ciuitate & districtu Laudæ ex cuius parte talem personam commune collegium vel vniuersitatem pignorare vel detinere voluerit vt supra scriptam, liceat tali personæ communi collegio vel vniuersitati, ipsi seruitori, vel correrio prohibere pignus & se non permittere detineri,tute & impune,non obstantibus aliquibus statutis prouisionibus & ordinamentis dicti cõmunis Laudæ,in contrarium editis & loquentibus saluo ꝙ præsens statutum non habeat locum in aliquibus personis communibus collegiis & vniuersitatibus, quæ pignorentur mandato vel impositione domini Potestatis præsentis & futuri.

ITem quòd cuicumque personę fide digne arbitrio Potestatis plena & fides adhibeatur cum eius sacramento contra quoslibet seruitores correrios de pignoratione cuiuslibet pignoris & eius valimenti.

¶ Sacramentum seruitorum communis Laudæ. Stat. 359.

EGo P. iuro ad sancta Dei euangelia, quòd bona fide sine fraude guidabo, & saluabo res communis Laudæ, quæ in me peruenerint, nec furtum inde faciã de eis nec fraudem me sciente, nec fieri consentiam, & si sciuero aliquem facere Potestati manifestabo infra tertiam diem, & creditricis, quæ mihi dicte fuerint nõ manifestabo sine parabula potestatis vel eius missi vel consilij Laudæ vel aliorum officialium ad quos prædicta facere pertinet, & ambasiatas faciam sicut mihi date fuerint & responsionem factam ab eo ad quem ambasiatam fecero, retornabo, Potestati, vel eius misso, vel cõsuli, vel omni pro quo ambasiatam fecero, iussi ille respondeat in iniuriosum verbum vel turpe, & cũ audiuero signum termino statuto veniam si fuero in ciuitate vel burgis nec inde recedam sine parabula Potestatis vel eius missi.

¶ Quod pignora præsententur, officiali cameræ pignorum communis Laudæ. Stat. 360.

STatvit commune Laudæ, quòd quilibet creditor cuiuscunque conditionis teneatur & debeat

pro

pro quibuſcunq; citationibus & pignorationibus ſoluere correriis & famulis ſolūmodo ſecundum taxatiōnes contentas in ſtatutis vel prouiſionibus ciuitatis Laudæ, & quòd ipſi correrii & famuli teneantur omnia pignora quæ pignorabuntur, præſentate officiali ad hoc deputato vel deputando per ſapientes vel commune Laudæ qui officialis ſtatim illa pignora ſcribere teneatur in vno libro per ordinem & tranſacto termino in ſtatutis contento exigendi dicta pignora ſi debitum, pro quo fierint pignorata fuerit liquidatum, vel ſi pro parte rei legittime citati nulla defenſio in cōtrarium facta fuerit tradant ſeu relaxentur ipſa pignora creditoribus ad quorum petitionem fuerint pignorata facta prius de eis eſtimatione per eſtimatores communis Laudæ & per eorum ſacramentum, quę eſtimatio ſcribatur in actis illius iuſdicentis cuius parte fuerint pignorata & ſi ſecundum dictam eſtimationē dicta pignora eſtimata fuerint plus valere quam ſit creditum pro quo fuerint pignorata, quod illud plus creditor ſtatim & sine aliqua exceptione iuris vel facti pignorato reſtituere compellatur, deductis tamen expensis legitime deducendis per formam ſtatutorum communis Laudę vel iuris idem intelligatur de pignoribus pignorandis tam ad inſtantiam communis, quā ad inſtantiam datiariorum.

¶ Quod Correrij non accipiant aliquam ſolutionem a debitoribus. Stat. 361.

ITEM quòd nullus Correrius ſeu famulus pro aliqua cauſa, cum licentia, aut sine poſsit nec debeat

aliqua

aliqua pignora nec aliquid aliud accipere pro eius mercede nec aliquos denarios recipere nisi a creditoribus ad quorum petitionem iuerit ad pignorandum vel ab officiali camere pignorum sub pæna librarum 25. tertiolorũ pro quolibet & qualibet vice, cuius pæne medietas perueniat in commune Laudæ & reliqua in accusantem seu denuntiantem & quòd quilibet possit denunciare & accusare, & de prædictis credatur illi qui pignoratus fuerit, aut qui solutionem aliquam fecerit famulis seu correriis cum eius sacraměto & vno teste fide digno & prædicta habeantur pro plena & legitima a probatione, & possit & debeat fieri condemnatio sumarie sine strepitu & figura iuditij & sola veritate inspecta, de facto absque processu, & executio omnibus iuris remediis fieri possit de prædictis saluo quòd seruitores possint recipere solutionem de mercede earum citationum, quas facient pro maleficiis secundum limitationes infrascriptas, & non vltra sub pæna prædicta.

¶ Quod officiales domini Potestatis, qui iuerint pro aliquo officio in Episcopatu Laudæ non debeant accipere aliquam solutionem. Stat. 362.

ITEM quòd aliquis iudex seu miles notarius seu officialis, seu familiaris seu alicuius rectoris vel officialis Laudæ, qui vadat per districtum Laudæ pro aliquo officio exercendo, vel pro aliqua executione alicuius malefitii vel officij, non debeant accipere, seu recipere aliquod salarium seu expensas pro se uel pro equis ab aliquo communi vniuersitate, vel singulari persona

pro

pro dicto officio vel executione sub pœna librarũ 25. imperialium & restitutione recepti seu estimationis eius fienda illi à quo receperit, pro quolibet & qualibet vice & quòd correrius qui similiter fuerit cum prędictis non debeat similiter recipere aliquod salarium sub pœna prędicta.

¶ De solutione seruitorum, qui iuerint ad requirendum. Stat. 363.

IMPRIMIS quòd nullus correrius, seu seruitor cómunis Laudæ, audeat vel præsumat sub pœna in dictis ordinamentis contenta recipere ab aliqua persona seu psonis, occasione alicuius requisitionis seu præcepti, fiendi per eum in ciuitate vel suburbiis Laudæ vltra denarios tres imperialiũ in ciuitate & suburbiis Laudæ pro qualibet requisitione & in Episcopatu seu districtu Laudæ vltra denarios sex imperialium pro quolibet miliari ita quòd itus, & exitus vnius miliaris non exigat nisi vnam solutionem denariorum sex tantum. Quam quidem solutionem ipse seruitor recipiat & recipere debeat, ab eo seu ab eis, qui eũ miserit, seu miserint sub eadem pęna & si contingit de cætero aliquem seruitorem ire in Episcopatu Laudæ occasione citandi aliquem seu aliquos occasione alicuius maleficij, possint eandem solutionem accipere seu recipere videlicet denarios sex imperialiũ pro quolibet miliari & ad dictum computum pró rata & pro quolibet citato seu requisito etiam si dicta citatio seu requisitio, aut citationes seu requisitiones fierẽt in diuersis locis & plures essent, & si in vno loco tantum debeãt

ſolummodo ſolutionem habere pro vna citatione vel requiſitione ad dictum computum & non vltra, & ſi plures citationes eſſent, & quantumcunq; eſſent vel forẽt, quam quidem ſolutionem ipſe ſeruitor recipiat & recipere debeat de bonis malefactoris ſi bona fuerint ſin autem, tunc commune illius loci in quo commiſſum fuerit delictum ſeu maleficium illam ſolutionem facere teneatur, de defenſionibus vero dãdis per eos, in dicto Epiſcopatu ſeu diſtrictu, accuſatis ſeu denuntiatis per dominos, maſſarios ſeu camparios Epiſcopatus Laudę prædicti vel per aliam quamlibet perſonam recipere debeant ſolummodo denarios ſex imperialium in Epiſcopatu & denarios tres in ciuitate & tres in ſuburbiis Laudæ.

¶ De ſolutione ſeruitorum qui iuerunt ad pignorandum. Stat. 364.

ITEM nullus ſeruitor ſeu correrius ſtipendiarius vel Barouarius qui iuerit ad pignorandum ſeu robandum in Epiſcopatu ſeu districtu Laudæ aliquam communitatem vniuerſitatem ſeu ſingularem perſonam nomine communis Laudæ, ſeu habentis ſeu habentiũ cauſam ab eo vel eis poſſit nec debeat recipere pro quolibet pignore niſi ſolidos duos imperialium pro quolibet ipſorum pignorum, & pro quolibet ipſorũ ſeruitorum, & ſtipendiarium vſq; ad tria pignora, & ſi plures ſeruitores ſeu ſtipendiarij fuerint nõ plus habeant, & hoc vſque ad quinque miliaria, & a quinque miliaribus ſupra, ſolidos tres imperialium pro quolibet pignore & pro quolibet ipſorum ſeruitorum &

ſtipendia-

ſtipendiarium,& ſi plures duobus fuerint nõ plus habeant,& hoc vſq; ad tria pignora & ſi plura pignora fecerint vel pignorauerint antequam reuertantur ad ciuitatem poſt quam ciuitatem exhiuerint cum commisſione vel commisſionibus, quam ſeu quas habuerit ſeu habuerint de pignorando, non posſint nec debeant recipere,niſi ſolidos duos imperialium pro quo libet pignore & ad dictum computum pro rata, quæ quidem ſolutio fiat per officialem camere pignorum dicti communis ſecundum ordinem ſupraſcriptum ſi pignora pignorata fuerint, nomine communis,vel alicuius officialis dicti communis, pro aliqua executione ſeu exactione fiẽda, quam quidem ſolutionem per eum camerarium tunc vt præmittitur ipſa occaſione factam posſit recuperare & in ſe retinere de pretio dictorum pignorum,ſi contingit ea vendi,a debitore ſeu debitoribus tempore exactionis pro rata ipſorum pignorum, ita quòd aliquis dictorum pignorum vel pignoratorum in plus non teneatur quam ſecundum modum & ordinem ſupraſcriptum,ſed ſolutio ſupraſcripta inter ipſa pignora ſeu inter pignoratos fiat, & exactio equaliter & pro rata, & ſi aliqua pignora pignorata fuerint ad petitionem alicuius ſingularis perſone ſeu priuate,per aliquem ſeruitorem, vel famulũ ſeu ſtipendiarium communis Laudæ, in Epiſcopatu prædicto,quòd dicti ſeruitores & famuli ſuã ſolutionem recipiant & recipere debeant, a dicto camerario vt ſupra & pro modo & forma vt ſupra & non aliter, nec vltra,nec alio modo,ſub pęna in dictis ordinamẽtis contenta & quòd dictus camerarius non plus ipſis ſeruitoribus & famulis ſoluere,& ſi plus ſoluerit à de-

bitoribus

bitoribus seu debitorē, nec a creditoribus, vltra illud, quod supra limitatum est, recuperare non possit, & q̄ dictæ solutiones equaliter super pignoribus diuidantur pro rata, si plura fuerint pignora pignorata ita q̄ vnus plus altero non grauetur in solutione prædicta nec in exactione pignorum prædictorum cōmunis.

¶De solutione fienda seruitoribus, & stipendiariis qui iuerunt pignorando in ciuitate & suburbiis Laudæ. Stat. 365.

ITEM quòd si aliquis seruitor vel stipendiarius communis Laudæ iuerit ad pignorandum in ciuitate vel suburbiis Laudæ aliquam personam singularem, communitatem vel vniuersitatem nomine communis, quòd ipsi non possint recipere pro eorum solutione, & a dicto camerario communis Laudæ penès quē pignora derobata debent consignari vltra denarios quatuor imperialiū pro quolibet pignore ex quibus seruitor duos habeat & reliquos stipendiarius habeat & similiter obseruent & obseruare debeant si iuerint ad pignorandum in ipsa ciuitate & burgis, ad petitionem seu instantiam alicuius priuate seu singularis personæ quæ solutio fiat per dictum camerarium.

¶De pignoribus consignandis ad ca neram. Stat. 366.

ITEM quòd postquam aliqua pignoratio facta fuerit ad petitionem cōmunis Laudæ, seu officialis vel officialium & pignora consignata fuerint camerario dicti communis quòd liceat dictis officiali vel officia-

bus

libus vel eius successori seu successoribus eorũ nomine ipsius communis si voluerint vel voluerit, si fuerit pro debito communis facere pro clamari in ciuitate Laudæ per vnum ex præconibus dicti communis in locis consuetis, quòd pignorati seu pignoratus, ad petitionem vel ex parte prædictorum prout ordo pignorandi requirit infra mensem tunc proxime futurum teneantur & debeant dicta sua pignora exigere alioquin elapso dicto termino possit ille officialis cuius parte fuerint pignorata, ea pignora facere incantari ad instãtiam communis seu eius officialis qui ea fecerint seu fecerit pignorari, & plus offerenti, dare in burleto ipsius communis dummodo sint præsentes ad minus duo ex duodecim sapientibus communis Laudæ, qui incantatus scribatur per officialem camerarium & gubernatorem pignorum in vno libro per se & in vno alio libro per notarium camere armarij dicti communis & pretium eorundem conuertatur ad utilitatem debitorum seu dare debentis vel debentium, pro debito ex quo extitit pignoratus seu extiterint pignorati vel perueniat in commune Laudæ, primo deductis expensis legittime factis, secũdum ordinẽ suprascriptum, & si aliquis superesset ad debitum soluendum soluto dicto debito primo cum expensis, quod illud plus quod supererit restituantur dicto pignerato per dictum officialem & gubernatorem pignorum, Infra octo dies post dictum Incantum factum sub pena dupli aplicandorũ Illi cui dicta pignora fuerint pignorata omnibus exceptionibus & cauillationibus remotis & abiectis Ita tamẽ ꝙ dictus pignoratus seu pignorati dicta sua pignora post dictũ Incantũ factũ possint seu

posſit & eis ſeu ei liceat ea recuperare eodem pretio quo incantatum fuerit ſeu fuerint ab emptore ſeu Incantatoribus infra menſem a die incantus facti numerandum qui incantus ſolum fiant a perſonis habilibus ad reſtituendum & quæ de facili cogi posſint ad ipſa pignora reſtituendum uolenti ſeu uolentibus ea recuperare, & ſi non eſſent habiles tunc ab eo ſeu ab eis per dominum Collateralem vel offitialem idonea ſatiſdatio recipiatur de ſic firmiter obſeruando ſine ſtrepitu & figura Iuditij & omni, ordine iuris prętermiſſo, quæ ſatiſdatio ſcribatur per dictum camerariũ & per Notarium dicti Iudicis & portetur ad Camerã armarij dicti Communis Laudæ ſine aliqua ſolutione ſibi fienda, occaſione ipſius ſatiſdationis & ſi fuerint aliqua pignora pignorata vel aliquod pignus pignoratum ad petitionem alicuius ſingularis perſone modo aliquo quod liceat illi ad cuius petitionem dicta pignora fuerint pignorata ſeu dictũ pignus pignoratũ ex parte Iudicis ſeu officialis ex cuius parte ſeu mandato fuerit pignus pignoratum ſeu fuerint pignora pignorata, ꝓcipi facere pignorato ſeu pignoratis, quod Infra octo dies tunc proxime futuros debeant Illa pignora ſeu Illud pignus exigiſſe vel ad portam Burleti, ſi ille pignoratus ſeu pignorati In Ciuitate Burgis vel Epiſcopatu Laudæ non habuerint habitationem ſecũdum formam ordinamentorum Communis Laudæ, loquentium de citationibus fiendis de hiis qui forenſes ſunt, vel qui non habent habitaculum in Ciuitate burgis vel Epiſcopatu Laudę alioquin elapſo dicto termino niſi exinde Iudici fuerit per pignoratum ſeu pignoratos mota legittima controuerſia iudex ex cuius

parte

parte dicta pignora fuerint pignorata, seu dictum pignus fuerit pignoratum teneatur mandare dicto Camerario, quòd ipsa pignora det & consignat illi seu illis qui illa fecerit, seu fecerint pignorari prius de eo, seu eis facta extimatione per duos extimatores communis Laudæ ad minus qui extimatores habeant pro dicta sua extimatione denarios duos imperialiũ pro quolibet pignore quod extimabunt expensis pignoris vel per officiale suprascriptum cuius parte fuerit pignoratum seu per vnum ex Colateralibus domini Potestatis Laudæ facere incantari, si creditori seu creditoribus placuerit prout supra de aliis pignoribus nomine communis Laudæ pignoratis contra & eorum seu eius pretium creditori, seu creditoribus assignare deductis expensis vtsupra ita & taliter quòd si debitor vel pignoratus,seu pignorati, ea pignora, seu pignus recuperare voluerit seu voluerint possit,vel possint infra quindecim dies post dictam extimationem factã recuperare ab eis seu ab illi qui ea habuerit & si non recuperauerit & dicta pignora,seu pignus plus valerent seu valeret secundum extimum,quam ascenderet debitum cum expensis, quòd tunc creditor illud dicto suo debitori restituere teneatur cauillationibus & subterfugiis quibuscunq; cessantibus, & ad prædicta omnia exequenda, quo ad restitutionem pignorum, & ad pęras, quilibet officialis communis Laudæ habẽs iurisdictionem coram quo hoc petitum fuerit,& sine aliqua scriptura & sumarie, non obstante statuto de consilio sapientis dando,vel aliqua alia lege in contrarium loquente sub pæna librarum decem imperialiũ statim & extra ordinem pro libito voluntatis fieri fa.

N cere

cere & exequtioni mandare, per omnia iuris remedia teneatur & de quibus dicetur, & quæ extimatio scribatur per dictum Camerarium & per Notarium deputatum ad cameram armarii dicti cõmunis prout supra de pignoribus pignoratis nomine communis prædicti ordinatum est.

De hiis qui detinentur in Episcopatu. Stat. 367.

ITEM si contingat aliquem detineri in ciuitate Laudæ per dictos seruitorem & stipendiarium nõ possint nec debeant recipere vltra, imperiales duodecim pro quolibet detẽto & si fuerit in Episcopatu Laudę, vltra solidos quatuor imperialium vsque ad quinque miliaria, & ab inde supra soldos sex imperialium pro quolibet detento & si ad instantiam communis Laudæ, fuerint detenti, seu detentus, vt supra soluatur per ipsos detentos, seu detentum, & si ad instantiam creditoris vel singularis persone soluatur per ipsos creditores seu singulares personas seu creditorem seu singularem personam, dum tamen consignentur, seu consignetur ad carceres, seu in palatio cõmunis Laudæ coram iudice vel officiali ad cuius petitionẽ fuerint detenti, seu fuerit detẽtus, & si in Episcopatu Laudæ detinerent vt supra, non possint herẽ vltra dictos solidos quatuor imperialium pro quolibet detento vsque ad tres personas detentas & vsque ad quinque miliaria, & abinde supra solidos duos imperialiũ pro quolibet detento & diuidendo solutiones equaliter portionib. vt supra de pignoribus dictum est, & prædicta fieri & exequtioni mandari, & seruari debeant per dictos seruitores & stipẽdiarios sub pęna lib. 25. tertiolorũ, & ꝙ nullus ducat ad carceres nisi prius fuerit ductus corã

Iudicę

Iudice vel officiali, ex cuius parte vel licentia detinetur si detento placuerit sub pęna prædicta.

¶ Quod si quis seruitor ibit ad pignorandum in Episcopatu Laudæ teneatur scribi facere diem quo iuerit & diem quo redierit. Stat. 368.

ITEM quòd seruitores quos ire cōtingerit ad pignorandum aliquam personam in Episcopatu Laudæ, teneantur & debeant facere scribi ad cameram armarii communis Laudæ per notarium ad dictam cameram deputatum, seu deputandum, seu eius coadiutorem diem quo iuerint, & de cuius licentia iuerint ad pignorandum & diem quo redierint ad ciuitatē Laudæ, alioquin nullam solutionem recipiant nec recipere possint, nec debeant de dictis pignoribus, de qua scriptura dictus notarius aliquam solutionem recipere non possint nec debeat sub pæna arbitrio domini Potestatis afferenda.

¶ De pignoribus indebite factis. Stat. 369.

ITEM quòd si aliqua persona cōquesta fuerit, quòd sit indebite pignorata per aliquem seruitorem vel stipendiariū communis Laudæ teneatur iusdicens ad quem talis conquerens recursum habuerit eadem die vel sequenti terminasse, & diffinisse, vtrum talis pignoratio debite, aut indebite facta fuerit & si reperitur ipsam pignorationem indebite fore factam teneatur talem seruitorem vel barouariū statim, & sine

aliqua dilatione compellere ad restituēda talia pignora tali pignorato, siue aliquibus expensis ipsius pignorati, & vltra expensas damna & interesse, quas dictus pignoratus passus fuerit causa dictę pignorationis sub pęna illi tali iusdicenti librarum decem imperialium pro qualibet vice applicanda pro medietate communi Laudæ & pro alia medietate tali pignorato de quibus sindicetur.

¶De iurisdictione consulum iustitie Laudæ. Stat. 370.

STATVIT commune Laudæ, quòd Consules iustitie Laudæ habeant iurisdictionem cognoscendi, & terminandi in causis ciuilibus prout habent iudices ordinarij, & possint & debeant sindicari de omnibus gestis, & omissis per eos per dominum Potestatem Laudæ vel eius Vicariū, & hoc finito eorū offitio.

¶ Qualiter Consules possint puniri. Stat. 371.

ITEM Statuit commune Laudæ, quòd dominus Potestas Laudæ, & eius Vicarius habeat arbitrium puniendi Consules iustitie Laudæ de his quę comiserint contra formam iuris & statutorum & decretorum domini & communis Laudæ, etiam durante officio ipsorum consulum prout exigerit forma iuris & statutorum & decretorum prædictorum.

ordo

¶Ordo appellandi. Stat. 372.

STATVIT commune Laudæ quòd à sententiis ferendis per iudices & officiales clausorũ & victualium, exactionis aueris communis Laudæ, & per consules iustitiæ dicti communis appellatur, & appellari possit & debeat ad iudicem & assessorem domini Potestatis Laudæ, & a sententiis dicti iudicis, ad dominũ Potestatem Laudæ a sentẽtiis vero domini Potestatis appelletur ad Magnificum dominum nostrum.

¶Quanto tempore durent causæ principales & appellationes. Stat. 373.

NVLLA causa principalis duret nec durare possit vltra annum, a die litis contestare in antea, & nulla causa appellationis duret, nec durare possit, nec debeat vltra sex menses a die appellationis interpositæ numerandos.

Qui perhibentur esse de numero duodecim sapientum communis Laudæ. Stat. 374.

ITEM vt res publica melius & vtilius regatur, & gubernetur statutũ est, quòd nullus possit esse de numero duodecim sapientum cõmunis Laudæ nisi fuerit ætatis annorum vigintiquinque aut pluriũ, & nullus possit pro aliquo ex sapientibus prædictis intercedere, vel excusare in camera prouisionis communis Laudæ, nisi ex causa infirmitatis vel absentie probabilis vel necessarie.

¶Rubrica generalis de aqua Muzie & aliis aquis & ſtratis Epiſcopatus Laudæ. Stat. 375.

IMPRIMIS quòd nullus audeat inuadere, ſeu frangere ripas aque Muzie, nec abdue noui, ſeu de alueo ipſius aque detrahere aquam niſi per buchellos ordinatos, ſeu ordinandos de licentia officialium & voluntate conductoris dic. aque ſub pœna ſolidorum cẽtum imperialium ab inuaſore aufferenda, cuius penè medietas ſit cõductoris dicte aque reliquam vero cõmuni Laudæ aplicetur & ad reſtitutionem damni paſſo propter dictas inuaſiones ſeu fractiones, & nihilominus teneatur reſtituere & reficere dictas ripas in ſuo ſtatu. ¶De Eodem.

¶Item quòd nullus audeat alzare aliquam leuatam in flumine Muzie ſine expreſſa licẽtia officialis dicte aque Muzie, & quòd leuate, quæ ſunt & quæ fient in lecto Muzie ſint eiuſdem altitudinis cuius fuerit calaſtra altioris buchelli, qui fuerit ad dictam leuatam, & quòd calaſtre omnium buchelorum exiſtentium ad dictam leuatam debeant eſſe equales in altitudinem ad dictam leuatam & ad calaſtram altioris bucheli & quòd ſcosſi cuiuſcunque buchelli fiant de lapidibus, & cemento more ſolito & quòd feneſtra cuiuſcunq; buchelli per quam debet decurrere aqua deſcriptà in quolibet buchello detur ſuper calaſtra cuiuſcunque bucheli ſine aliquo ſcamno & hoc non obſtante aliquo alio ordine, & quòd nullus audeat facere aliquã cluſam in dicto flumine d. aque Muzie, & ab due noui ſub pœna cuilibet contrafacienti librarũ decẽ imperialium qualibet vice aufferẽda cuius pene medietas ſit cõis Laudæ reliqua vero medietas ſit cõductoris dictę aque Muzie ſeu cauſam habentis a dicto conductore.

De

¶De Eodem.

¶Item quod postquam huiusmodi aqua cōsignata, & modolata fuerit in buchello alicuius seu aliquorum si quis scānum vel asidem ipsi buchello per officiales aque Muzie seu abdue noui tēpore amodolationis positam seu fixam destruxerit seu ambuerit vel amoueri fecerit in toto vel in parte, & ob hanc destructionē seu remotionem plus aque decurat, quam in huiusmodi buchello amodolata & descripta fuerit condēnetur ille per buchellum destuxerit vel scamnum vel aliam asidem amouerit seu amoueri fecerit in solidis decem imperialium pro qualibet onzia aque, & quolibet die semel tantum quo reperta fuerit currere dicta aqua per dictum buchellum, ultra aquam alias in dicto buchello descriptam & amodolatam cuius pene medietas sit communis Laudæ; reliqua uero medietas in conductorem dicte aque perueniat si fuerit cōductore, & si non fuerit conductor, quòd tota pœna prædicta perueniat in commune prædictum, & intelligatur illum, cuius aquæ decurrens per talem rugiā fuerit ipsa die seu qui ex ea repertus fuerit adaquasse vel in cuius terra dicta aqua reperat fuerit talem buchellum destruxisse, seu scamnum vel asidem amouisse, nisi infra terminum statutum per infrascriptum iudicem post deffensionem eis vel ei datam ex parte iudicis ad offitiū super auere communis Laudæ, & exactioni deputatū probauerit alium seu alios talem buchellum destruxisse vel scamnum seu huiusmodi asidem amouisse, quo casu talis destructor seu remotor condemnetur loco illius cuius aqua fuisset die inuentionis seu qui ex ea repertus fuisset adaquasse, vel in cuius terra talis aqua reperta fuisset.

¶De Eodem.

¶Item ꝗ nullus possit, nec debeat aufferre, nec aufferri facere aquam alterius sine licentia eius cuius fuerit dicta aqua, & qui contrafecerit condemnetur pro qualibet vice in solidis centũ imperialium vsque ad quatuor onzias aquę descripte in buchello alicuius, seu aliquorum, & abinde infra, & abinde supra in libris decem imperialium, & intelligatur illum, & illos, qui ex ea aqua reperti fuerint adaquasse, seu in cuius terra seu rugia huiusmodi aqua reperta fuerit decurrere ipsa aquam abstulisse nisi fuerit cultura, & nisi contrarium probetur cuius penè medietas perueniat in commune Laudæ, reliqua uero medietas in eius qui ablata fuerit ipsa aqua, & credatur damnum passo cum sacramento & uno teste fide digno.

¶De Eodem. De pontibus manutenendis.

¶Item quod cõducens aquam Muzie teneatur & debeat tenere, & manutenere pontes lapidis longitudinis arbitrio officialiũ dicte aquæ super omnibus stratis uidelicet, super strata Cremonensi, Placentina de Foxadolto Papiensi, Mediolanẽsi, & Monzascha, super omnibus uero alijs stratis uijs & acesibus teneatur habere & manutenere pontes lapideos vel saltem ligneos bonos & idoneos pro equitando, & carezando & iuxta buchellos eorum pontes ligneos seu lapideos sufficientes pro equitando & quicunque repertus fuerit in huiusmodi locis & partibus non habere huiusmodi pontes ut superius dictũ est aut minus idoneos vel fractos seu foratos cõdẽnetur qualibet uice & quolibet die semel tãtum de quo repertus fuerit in solidis quinq; imperialium, quæ pęna ueniat in cõe Laudæ.

¶De Eodem.

¶Item quodcunq; repertus fuerit adaquasse aliquam ex supralcrptis stratis maistris condemnetur qualibet uice semel in die tantū in solidis uiginti imperialium & quicūq; repertus fuerit adaquasse aliquas alias, uias stratas seu accessus vel alteram eorū vel earū condénetur qualibet uice & quolibet die semel tantū in solidis quinq; imperialium, & intelligatur ipsum cuius fuerit aqua, reperta super ipsis stratis uijs stratis seu accessis vel aliqua earum, eas seu alteram earum adaquasse quæ codénatio perueniat in Cōmune Laudæ.

¶De Eodem.

¶Item quod habentes Rugias per quas conducatur aqua Muzie, per Episcopatū & Clausos Laudæ teneãtur & debeant pro parte eorum tangente usque ad partes seu partem illius vel illorum cuius seu quorū ipsa rugia seu rugiis uti uoluerit, soluere expensas fiẽdas in reparando seu sgurando ipsas rugias faciendo seu reparando, pontes ipsius rugie seu rugiarū de uoluntate maioris partis sotiorum, & si quis recusauerit soluere suam contingentem partē dictarū expensarū, non possit nec ei liceat uti ipsa rugia nec aqua decurẽte per ipsam rugiam donec soluerit dictã partē expensarum & si repertus fuerit uti ipsa rugia ipsis expensis non solutis, condemnetur quolibet die quo usus fuerit seu adaquauerit dicta rugia in solidis xl. imperialium, cuius penè medietas sit Communis reliqua uero medietas eius seu eorū, qui fecerit seu fecerint seu soluerint dictas expensas Si uero cōtingat aliquas expensas fieri in reaptando seu manutenẽdo leuatas, seu buchellos in aliquibus & pro aliquibus rugiis cogantur

tur etiam omnes habentes partem in eis soluere tales expensas factas seu fiendas occasione prædicta, secundum ius quod habent in ipsis leuatis & rugiis, nõ obstante quod uti non uelint tempore ipsarum expensarum ipsis leuatis, buchelis & rugiis sub pęna prædicta si usus fuerit dicta aqua ut supra. ¶De Eodem.

¶Item q nullus habens rugiam aliquam in communi cũ aliquo seu aliquibus possit nec ei liceat facere nec fieri facere aliquam clusam in ipsa rugia, nec ripas talis rugie frangere nec fractas dimittere. Sed teneantur & debeant habere & tenere tàm in ipsis rugiis quàm rugiis ipsorum incastros bonos, & idoneos per quos aqua decurrẽs per ipsas rugias includi & excludi possit sine lesione alterius sotii seu sotiorum & quicunq; repertus fuerit fecisse clusam aliquam in aliqua rugia aut non haberet incastros ut supra condemnetur qualibet uice pro qualibet clusa seu fractura quam fecerit seu fieri fecerit & pro quolibet incastro, quod nõ habuerit ut supra in solidis decẽ imperialium cuius pene medietas sit communis, reliqua uero notificatoris, & credatur notificatori iuranti cum uno teste fidedigno.

¶De Eodem.

¶Item quod si quis adaquauerit terras alterius, inscio eo cuius ipsa terra fuerit seu contra eius uolntatem, condemnetur in solidis decem imperialium, & ultra ad restitutionem damni cuius pene medietas sit communis reliqua uero notificatoris & nihilominus teneatur ad restitutione damni passo ipsum damnum.

¶De Eodem.

¶Item q officiales aque Muzie, nunc in officio pręsidentes, & qui dicto officio pręsidebunt teneantur, & debeant

debeant eodem die, vel sequēti quo delictum, seu delinquentem inuenerint scribi facere denuntiā in actis vel dare in scriptis officio domini Potestatis & cōmunis Laudę ad officium exactionis aueris & pecunie cōmunis Laudæ deputato seu ad cameram armarii communis Laudæ, & quòd elapso dicto termino non possint eam producere, nec vlterius officium Muzie exercere, & ipso iure cassi sint a dicto officio & vltra quòd condemnetur pro quolibet officiali in solidis quadraginta imperialium cuius penè medietas sit communis Laudæ, & alia notificatoris.

De Eodem.

¶Item quòd liceat vnicuiq; subdito iurisdictioni domini Potestatis & communis Laudæ habēti terras tàm proprias, quàm ad fictum in districtu Laudæ volenti vti aqua Muzie vti dicta aqua & adaquare, & cōductos, seu rozales, & scolatores facere etiā per terras alienas, cuiuscunque fuerint ipse terre dum tamen cū minori damno eius vel eorum cuius vel quorum, sit vel sint dicta terra, vel terre cum deliberatione duorū vel trium bonorum virorum elligendorū per partes, & dominus Potestas præsens, vel qui pro temporibus fuerit, eiusque iudices tàm præsentes quàm futuri, & quilibet eorum teneantur & debeant, cogere vnumquemq;, dare de terra sua propria volentibus huiusmodi rozales, seu scolatores facere, pro dicta aqua deriuanda eis tamen conducentibus & diriuantibus, seu conducere, & diriuare volentibus de dicta aqua prius soluentibus illis quorum essent terre ipse, de pretio dicte terre, quam occupauerint occasione prædicta, seu accipientibus ad fictum ab illis quorum essent dictæ

terre

terre in estimo bonorum hominum elligēdorum per partes seu per dominum Potestatem Laudæ vt supra, Et sit in ellectione eius cuius esset ipsa terra vel vendere vel dare ad fictum, eo acto quòd si ille qui huiusmodi rozales seu scolatores fecerit distulerit per quadragenium eis vti, quòd liceat illi cuius fuerit ipsa terra, in qua dicta rugia seu rugie, & dicti rozales seu scolatores fecissent, eos explanare, expensis illorū qui eos rozales seu scolatores fecissent, seu fieri fecissent, eo cuius terra fuerit restituente pretium dicte terre si quod recepisset. ¶De Eodem.

¶Item ꝙ si quis habet vel imposterum fecerit, seu facere voluerit rugiam aliquam vel rozale seu scolatorem tranuersantem alteram rugiā, vel rozale, seu scolatorem superius, vel inferius impediētem decursum alterius rugie, vel scolatoris, quòd ille qui postremo voluerit rugiam facere teneatur, & debeat infra octo dies postquam fuerit denūtiatum, seu ex parte officialis aque Muzie, præceptum, facere & habere ac perpetuo manutenere bonum, & idoneum nauazolum, sic quòd aqua prioris rugie libere decurere possit, & nisi infra dictum terminum fecerit, & manutenuerit condemnetur in solidis 40. imperialium, cuius pęne medietatis sit communis Laudæ, reliqua vero damnum passi, & nihilominus talis, qui ad prædicta tenetur teneatur, & debeat ipsum nauazolum facere, & manutenere suis propriis expensis, & vltra non possit vti dicta rugia donec prædicta fecerit, & cōdemnationem supradictam soluerit. ¶De Eodem.

¶Item quòd dominus Potestas eiusque iudices, & quilibet eorum, qui nunc sunt, & qui imposterum re-

sidebunt,

ſidebunt & iudex deputatus, & deputandus ad officium exactionis aueris communis Laudæ, habeant plenam cognitionem auctoritatum, & bayliam in & ſuper prædictis & infraſcriptis & quolibet prædictorum & infraſcriptorum, ita quòd posſint, & debeant compellere quaslibet perſonas attendere & obſeruare & adimplere & attendi obſeruari & adimpleri facere vniuerſa & ſingula ſupraſcripta ac condemnare omnes & ſingulos comittentes & facientes contra prædicta ſeu quodlibet prædictorum & infraſcriptorũ omitentes ſeu recuſantes prædicta & quodlibet prædictorum attendere & obſeruare & attendi & obſeruari facere ſumarie & de plano ſine ſtrepitu, & figura iuditii datione libelli & declaratione in ſcriptis tàm ex offitio quàm aliter ſeu denuntiatione & notificatione accuſis ſeu denuntiis coram éis porrectis quolibet die feriato & non feriato non obſtantibus aliquibus feriis, vel ſuſpenſionibus cauſarũ, nec aliquibus ſtatũtis prouiſionibus vel ordinamentis in contrarium editis vel edendis.

¶ De Eodem.

¶ Item quòd officiales aque Muzie, qui inuenerint aliquod damnum datum fuiſſe, non posſint dare denuntiam, ſeu inuẽtionem, vel accuſam facere, niſi fuerint ipſi officiales duo in ſimul vel plures, & ſi fuerint duo vel plures, ꝙ posſint facere ea quæ comiſſa ſunt, & quòd defenſiones dentur notificatis inuentis denuntiatis, vel accuſatis per Iudicem deputatum ad exactionem aueris communis Laudæ ad minus octo dierum.

districtus Laudæ rumperet, seu squarzaret aliquã strata ponentem caput, seu per quam itur ad aliquam aliam stratam, viã vel strictam teneatur, & debeat pœna & banno solidorum centum imperialiũ facere põtem lapidum lõgitudinis ad minus duarum zitatarũ, si fuerit strata mastra, & si fuerit alia strata, minoris amplitudinis duarum zitatarum totam illam stratam comprehendat, & si fuerit strata quæ ponit caput ad aliquem locum Episcopatus Laudæ, tunc sufficiat si fiat ibi pons de lignis, & de hoc dominus Potestas, & eius familia inquirere punire & condemnare contrafacientes, teneatur, sub pœna sindicatus sui salarii librarum decem imperialiũ, & etiam officiales Muzie inquirere & denuntiare teneantur domino Potestati & dictis officialibus & cuilibet eorum adhibeatur plena fides, & insuper quòd quilibet possit accusare, & habeat medietatem banni.

¶ Quod vie quæ sunt, ab vtraque parte Muzie, sint expedite. Stat. 379.

STATVIMVS, quòd vie seu strate, ab vtraque parte ipsius fluminis sint libere & expedire, ita quòd cuilibet licitum sit ire & redire per ipsas absq; aliquo impedimento vel pœna.

¶ Quod deriuantes aquam Muzie faciant eam discolari ita ꝙ non damnificant. Stat. 380.

STATVIMVS, ꝙ omnes homines ciuitatis & Episcopatus Laudæ vel aliunde & cuiuscunque conditionis

uo quòd cuilibet persone licitum sit ire ad beuerandũ cum bestiis,& causa lauandi pannos, & causa piscădi, & quòd nulla persona modo aliquo possit mouere de terra teraliorum,quæ sunt ab vtraq; parte ipsius flumi nis,nec ipsa terralia,explanare sub prædicto banno,& expensis contrafacientis in gradum pristinum reducatur:& cuilibet communi loci Episcopatus Laudæ licitum sit facere quoddam fossatum seu foxata: propẽ lectum muzie, per zitatas sex & ipsum seu ipsam deri uare de aqua prædicta occasione maxarandi linum:& postea teneatur lectum muzie stopare, & conzare, & in pristinum statum reducere.

¶Quod quælibet persona habens rugiam in cõmuni cum aliquo teneatur soluere suam partem expensarum. Stat. 382.

QVOD quælibet persona habens rugiam in communi cum aliquo seu aliquibus tẽneatur, & debeat soluere pro sua contingenti parte expensas fiendas quolibet anno in faciendo seu manutenendo clauicas nauazoles & põtes necessarios,& necessarias pro ipsa rugia non obstante,quòd ipsa talis persona vti no luerit illo anno dicta rugia, aut nolet scribi facere aquam in ipsa rugia teneatur etiam ad condemnationẽ quæ fieret pro ipsis pontibus clauicis, & nauazolis.

¶De Eodem.

¶Item quòd quælibet persona quæ de nouo facere voluerit buchellum pro extrahẽdo extra lectũ muzie de aqua muzie communis Laudæ:facere possit in ipso buchello scribi facere de dicta aqua cõpleto ipso bu-

chello secundum ordines dicti datij dictæ aquæ, & ea aqua quã scribi fecerit vti ipso soluente florenos duos auri pro qualibet onzia aquæ quã scribi fecerit, & ad ipsum cõputum pro racha, & vti voluerit secundũ ordines suprascriptos: nõ obstãte, ꝙ dictã aquã scribi nõ fecisset in principio illius anni, in quo dictũ nouũ fecisset buchellum, & quã solutionẽ teneatur facere ẽt pro toto dicto anno quo factus fuerit ipse buchellus.

¶ Rubrica de accusationibus fiendis pro damnis datis & de fide adhibenda domino massario, & campario pro damnis datis. Stat. 383.

IMprimis Statuit cõmune Laudæ, ꝙ de dãnis datis in Episcopatu vel clausis Laudæ credatur domino emphiteote & conductori substinentibus onera communis Laudæ, & eorum tutoribus & curatoribus generalibus, cũ sacramento tàm de damno dato quàm de causa damni vsque ad quantitatem solidorũ decẽ tertiolorum & campario vel massario cũ sacramento vsq; ad quãtitatem solidorum viginti tertiolorum, & vltra quilibet accusatus teneatur ad pęnam seu pęnas limitatas in infrascriptis statutis cõmunis Laudæ a dictis vero soldis viginti tertiolorum supra audiatur accusatus ad deffensionẽ, & admittatur per iudicem domini Potestatis Laudæ ad hoc deputatum sine datione libelli & extra ordinem, & sine strepitu & figura iuditij, & si nõ fecerit accusatus defensionem legitimã, credatur domino Campario: & massario iuratis cum sacramentis eorũ: & condẽnentur tales accusati iuxta formam dictorũ statutorũ a dictis solidis decẽ tertiolorum

lorũ vel viginti, vt ſupra vſq; in libris decẽ tertiolorũ credatur domino cãpario vel maſſario cũ ſacramento & vno teſte fide digno a dictis vero libris decem tertiolorum ſupra credatur eatenus quatenus conſtiterit per legitimas probationes, & quòd dictum eſt de domino in cõmuni caſu, vt ſupra idẽ intelligatur de emphiteota & conductore & eorum tutoribus & curatoribus generalibus. ¶De Eodem.

¶Item Statuit commune Laudæ, quòd quicunque accuſare volẽtes vigore dicti ſtatuti teneantur, & debeant, eorũ denũtias, & accuſas, quas dare voluerint, dediſſe & porrexiſſe infra octo dies proxime futuros, a die dãni dati & in eis declarare diem damni dati, cauſam & qualitatem damni, & perſonam vel beſtiã dantem damnum & petiam terre cum certis, & proximioribus cohere in qua damnũ datum fuerit aliter, quòd non admittãtur nec ſuper eis procedatur, quod tamẽ non vindicet ſibi locum in accuſis dandis de campariis, nec aliquibus aliis, quæ verificare velint aliter quã per ſacramentum accuſantis. ¶De Eodem.

¶Item ꝙ quælibet aliæ cauſæ quas de cætero dare contingit, & quæ verificari velint, per ſacramẽtum vigore alicuius alterius ſtatuti dicti cõmunis debeant dari infra octo dies proxime futuros a die comisſi deliti, de quo & pro quo aliquẽ accuſari contingat & infra eundem terminũ dentur & ſcribantur in libris dicti cõis Laudæ ad hoc deputatis quælibet inuẽtiones fiẽde per quoſlibet officiales dictæ ciuitatis, quorũ inuẽtionib. ſtari debeat ſecundum formã alicuius ſtatuti dicti cõmunis ſaluo, ꝙ ſi aliqua ſtatuta breuiorem terminum imponerent ad dandum dictas inuẽtiones, & ſcribendum, vt ſupra, quòd tunc dentur infra eũdem breuio-

rem terminum per formam talis statuti limitatum, & si quis dederit aliquas acusas, a quibus accusatus de iure veniat absoluendus, quòd accusans condemnetur, & teneatur in illa pena & eodem modo in quo & qua accusatus ex tali causa venisset cõdemnandus, & vltra condemnetur accusans in expẽsis damnis & interesse passis per eum accusatum causa talis accusæ, & ab eadem persona, de eadem persona, & de eadem re sine causa, non posit dari nisi vna causa in die. Si vero datum fuerit aliquod damnum, siue per bestias, siue per incendium siue depopulationem, siue in aliquibus rebus se mouentibus siue aliter, & ignoret per damnum passum, a quo siue a quibus dictum damnum datum fuerit teneatur communitas ipsius loci, ville vel casine in cuius territorio dictum damnũ datum fuerit ad reficiendum dictum damnum in duplum damnificato, & de hoc stetur sacramento accusantis vsq; ad quãtitatem solidorum decem imperialium, a solidis vero decem imperialium supra similiter, teneatur talis cõmunitas si de damno dato constiterit, quæ etiam exequantur per iudicem deputatum ad exactionem aueris communis Laudæ si fuerit in Episcopatu, & si fuerit in clausis Laudæ, per iudicem deputatum ad banchum clausorum communis Laudæ vsque ad quantitatem librarum decem tertiolorũ, & abinde supra per dominum Iudicem maleficiorum, & super prædictis procedatur sumarie de plano sine strepitu & figura iuditij & datione libelli, & omni solemnitate iuris omissa. Sed sola veritate inspecta, remotis friuolis exceptionibus quibuscunque, eo tamen saluo quòd si infra terminum defensionis dandæ tali communitati, communitas dicti loci virificauerit per quem datum

fuerit q̄ puniatur & condemnetur solūmodo ille qui dictum damnum dedisse reperiretur, & eo casu dicta communitas minime teneatur, & quòd pro damnis datis & aliis commissis hinc retro possit accusari modo suprascripto, vsque ad octo dies proxime futuros a die publicationis præsentis decreti, numerãdos quo termino elapso, nullus possit accusare de damno hinc retro dato, nec de aliis commissis hinc retro.

¶ De Eodem.

¶ Item quòd nulla persona, communitas vel singularis persona, possit habere camparium, nisi ille camparius fuerit extimatus in extimis communis Laudæ, & habuerit familiam & substineat onera in illa communitate, cuius est camparius vel in cuius communitatis territorio, dicta singularis persona, habuerit eius terras & possessiones, & quòd accusæ date per dictos cãparios non teneant nec valeant nisi fuerit de voluntate damnum passi, quam voluntatem teneatur declarare per se vel per suum nuntium coram iudice alioquin super dictis accusis non procedatur, & hæc omnia non obstantibus aliquibus statutis prouisionibus, & ordinamentis dicti communis Laudæ in contrariũ editis.

¶ Quod nulla bestia dare debeat damnum. Stat. 384.

ITEM statuit commune Laudæ, quòd si qua bestia dederit damnum alicui seu aliquibus in vitibus terris pratis, buschis semineriis, seu aliter, q̄ ille seu illi quorum vel cuius fuerit seu fuerint talis bestia, seu tales bestie teneantur, & condemnentur damnum

passo secundum formam præsentium statutorum & vltra condemnentur communi Laudæ in pœnis, & quantitatibus infrascriptis videlicet solidos quatuor tertiolorum, pro qualibet bestia grossa qualibet vice solido vno tertiolorum pro qualibet bestia minuta & vltra ad restitutionem damni dati damnum passo saluis pænis in infrascriptis statutis, & infra specialiter limitatis.

De campariis constituendis. Stat. 385.

ITEM statuit commune Laudæ, quòd quolibet cōmune loci, castri, cassine domus & ville Episcop. & iurisdictionis ciuitatis Laudæ teneat͛, & debeat habere campariū seu cāparios ad custodiendū pro custodiēdo, & saluando sua territoria & laboreria, prata siluas, buschos, & aquas, & derriuationes aquarū hominū habitātiū in ipsis locis, castris cassinis, domibus, & villis situata, & situatas, in locis & territoriis earū terrarum & circunstantie videlicet quodlibet commune loci magni & castri habentis, quadraginta familias, & ab inde supra habeat & habere debeat ad minus cāparios duos & ab inde infra ad minus campariū vnū, sub pæna & banno librarū 25. tertiolorum, pro quolibet commune castro, & loco magno, & sub pęna librarum decem tertiolorum, pro quolibet loco paruo, cassina domo, & villa. Et licitum sit eis communibus, vel præsidentibus in eisdem, camparios cōstituere, coram Potestate, vel aliquo ex iuxta formam infrascripti sacramenti cāpariorū, & nihilominus quilibet volens hēre cāparium vel cāporios ad custodiendū possessiones suas habere possit, & constituantur vt alii Saluo

quòd

quòd ad hoc non posſit compelli habitatores locorũ casſinarum & molendinorum Epiſcopatus Laudę, in quibus habent agere ſolummodo vna perſona, vel ſolũmodo ciues Laudæ niſi eatenus quatenus fuerit requiſitum per dominos illorum locorum casſinarum, & molendinorum.

¶De ſatiſdatione fienda per camparios. Stat. 286

ITEM ſtatuit commune Laudæ, quòd dicti camparii quando conſtituuntur, vt ſupra, teneantur ſatiſdare de libris. 25. tertiolorum coram iudice & officiali ad hoc deputato, de bene & legaliter, & ſine fraude exercendo ſuum officium, iuxta formam ſacramenti eorum, & aliorum ſtatutorum communis Laudæ, & de ſoluendo omne & totum id de quo condemnarentur & tenerentur, iuxta formam ſtatutorum & ſuprascriptorum ſtatutorum communis Laudæ.

De ſacramento campariorum. Stat. 287.

ITEM Statuit commune Laudæ, quòd quilibet qui fuerit camparius conſtitutus ſine per iudicem, domini Poteſtatis ſiue per alium iudicem ſiue per ſuum commune ſiue per ſingularem perſonam teneatur iurare de cuſtodia ſua, bona fide & ſolicite fienda & de accuſando ſeu notificando quamlibet perſonam, & perſonas, & beſtiam & beſtias ſeu detentorem earundem quas & quam Inuenerit damnum dare vel eſſe inuentum ſeu contra vetita communis Laudæ omisſis odio amore timore precibus & premio.

¶ De pęnis ordinatis contra dantes damnū. Sta. 388

ITEM statuit commune Laudæ, ꝙ si quis damnum vel guastū dederit cōtra uetita Comunis Laudę cōdemnetur, vt infra videlicet pro qualibet bestia grossa quæ damnum dederit in aliqua blaua seminata, uel leguminibus, prato, silua, uel buscho, uel herba seminata in solidis quatuor tertiolorum, pro qualibet bestia minuta in solidis uno tertiolorum, & si in uitibus nouellis antequam tendantur in solidis viginti tertiolorum, in buscho nouello duorum annorum vel infra in solidis decem tertiolorum.

¶ De Eodem Stat. 389.

ITEM Statuit commune Laudæ, quòd si quis abstulerit scarliones seu manegias, siue forzellas, siue manegionos ab aliqua planta vitis nouellæ condemnetur pro scarliono manegia forzella, siue manegio in solidis duobus tertiolorum, & vltra ad restitutionem damni dati passo.

¶ De Eodem. Stat. 390.

ITEM statuit commune Laudæ, quòd si quis destopauerit cesam alterius condemnetur in solidis decem tertiolorum, & vltra ad restitutionem damni.

¶ Quod camparij teneantur accusare dantes damnum. Stat. 391.

ITEM Statuit commune Laudæ, quòd camparii teneantur & debeant accusare, seu notificare quemlibet

bet, quem inuenerint dare damnum, vel damnum aliquod inuenerint ad hoc deputatis sub pęna dupli eius ad quod teneretur ille qui damnum dedisset, & si reperiretur, quòd camparij pactum vel remissionem fecerint cum aliquo vt eum non accuset, vel denuntiet, puniatur in quadruplo eius quod puniretur damnũ dãs, & ad restitutionem vt supra, & quilibet pòssit talem camparium qui pactum vel remissionem fecerit cum aliquo vt supra accusare vel denuntiare cui fides contra camparium cum sacramento detur, & vno teste fidedigno, & habeat medietatem pænę alia vero medietas sit communis.

¶Iterum de pæna dantis damnum. Stat. 392.

ITem statuit commune Laudæ, quòd si quis dederit damnum accipiendo vuas in alterius laborerio a duabus supra soluat pro qualibet vua denarios sex tertiolorum.

¶De Eodem. Stat. 393.

ITem statuit commune Laudæ, quòd si quis intrauerit broliũ clam aliter quam per hostium, seu per portam condemnetur in solidis 40. & vltra ad damnum & pæna damni.

¶De Eodem. Stat. 394.

¶Item statuit commune Laudæ, quòd si quis fassum lignorum exportauerit de alieno fundo, cõdemnetur pro quolibet fasso in solidis quatuor tertiolorum, & pro quolibet plaustro lignorum in solidis viginti tertiolorum, & vltra ad restitutionem dictorum lignorum siue extimationem passo damnum.

De

¶ De Eodem. Stat. 395.

ITem ſtatuit commune Laudæ, quòd ſi quis talia-uerit ſine extirpauerit plantam arboris fructiferam, ſeu fructifere arboris, condemnetur in libris quatuor tertiolorũ pro qualibet planta, cuius pœne tertia pars ſit communis tertia accuſatoris,& reliquam pars dam nũ pasſi,& in iſto caſu fides adhibeatur domino maſſario campario fictabili,ſeu conductori cum ſacramẽto eorum.

¶ Idem intelligatur de vitibus inciſis,vel extirpatis.

¶ Quod durent camparii ad annum vel vt infra. Stat. 396.

ITem ſtatuit commune Laudæ, quòd camparii cõſtituti coram iudice domini Poteſtatis per communia locorum durent vſque ad annum,& alij conſtituti per ſingulas perſonas, durent vſque ad beneplacitum dominorum qui eos conſtituerunt ſuper poſſesſionibus propriis,donec expreſſe fuerint reuocati coram iudice coram quo conſtituuntur.

¶ De arborum de vaſtatione notificanda. Stat. 397.

ITem ſtatuit commune Laudæ, quòd ſi damnum datum fuerit per inciſionem arborum, vel depopulationem a ſolidis viginti tertiolorum ſupra, quòd fictabilis vel maſſarius teneantur illud notificare domino infra quinq; dies a die damni dati alioquin ad eius damni reſtitutionem teneatur fictabilis & maſſarius, ſub cuius cuſtodia vel laborerio fuerit terra, in qua dãnum datum fuerit,& ſuper damno dato, credatur ad-

uerſus

uerſus dictum maſſarium vel fictabilem, ſacramento domini, & ille qui talem inciſionem vel depopulationem fecerit in arboribus minutis non fructiferis condemnetur in ſolidis quinque tertiolorum pro qualibet planta minuta, & pro qualibet planta non minuta in ſolido vno tertiolorum.

¶De remerſis non incidendis. Stat. 398.

ITEM ſtatuit commune Laudæ, quòd nullus audeat nec præſumat nec debeat taliare virgas remerſas caſtanei vel quercuum ſeu rouerum, nec alicuius ligni, ſuper alieno fundo, aliqua de cauſa, & ſi quis contrafecerit componat pro banno pro quolibet faſſo ſolidos decem tertiolorum, & nihilominus teneatur ad reſtitutionem damni dati, damnum paſſo.

¶De accuſis campariorum ſcribendis in duobus libris. Stat. 399.

ITEM ſtatuit commune Laudæ, quòd ad euitandas fraudes quæ poſſent occurrere, & occurrunt, quòd accuſæ campariorum, & quę dantur per camparios, vel dominos vel maſſarios vel Iuratos Epiſcop. Laudę. extra clauſa, quæ de cæteto fient & notificabuntur per dominos vel maſſarios vel camparios vel iuratos ſcribantur in duobus libris videlicet quòd primo domini vel maſſarij, vel camparij vel iurati faciant eas ſcribi per notarium deputatum ad cameram armarii in pręſentia cuſtodis camere dicti armarij, & poſtea ſcribantur per notarium iudicis domini Poteſtatis deputati

ad

ad dictum officium, & si dictæ accusæ aliter factæ fuerint quam superius dictum est, non valeant ipso iure, & quòd notarij positi ad cameram armarij, & ad exigendum pecuniam communis prædicti non habeant nec habere debeant pro scriptura positionis in libro vltra denarios duos pro qualibet accusa.

¶Quod communia locorum teneantur aptare & aptatas tenere stratas. Stat. 400.

ITem statuit commune Laudæ, quòd quodlibet cõmune, cuiuslibet loci castri domus cassine & ville Episcopatus & iurisdictionis Laud. & teneatur, & debeat secundum, quòd se extendunt territoria cuiuslibet loci castri domus, & ville, exceptis stratis Mediol. Papien. Placentina, Cremon. & Monzasca aptare, & seu aptari facere & aptas tenere stratas publicas & strictas pontes, & accessus possitos & positas & se extendentes per eorum territoria sic quod per eas possit toto tempore anni quilibet cum bobus plaustris, & aliis bestiis & artificiis ire, & redire sic quòd amoueatur causa dandi damnum in terris alienis per caredizias cum bobus plaustris & bestiis & aliter, prout casus sępe accidunt saluo ꝙ si aliqua singularis persona stratam vel accessium proprias aptare teneretur propter suas terras & possessiones illa talis singularis persona quantum se tangit teneatur illas stratas & accessus tenere aptatas siue expensis, secundum despositionem communitatis illius loci in cuius territorio situate fuerint dictæ strate & accessus, & hoc sub pęna solidorũ. quadraginta tertiolorum cuilibet cõmunitati, & sol.

dorum

dorum decem tertiolorum cuilibet singulari perſone ſuper quibus iudex deputatus ad dictum officium, teneatur inquirere poſtquam ſibi denuntiatum fuerit, & omittentes prædicta ſeruare condemnare, & pęnas exigere, vt ſupra dictum eſt.

¶ De carreditiis non fiendis ſuper terris alienis. Stat. 401.

ITem ſtatuit commune Laudæ, quòd quilibet ciuitatis burgorum Epiſcopatus vel diſtrictus Laudæ & tàm ciuis quàm forenſis cuiuſcunque conditionis exiſtat, teneatur & debeat ire cum bobus plauſtris caretis, & aliis beſtiis, & redire per ſtratas publicas ſiue per ſtrictas, & acceſſus prout conſuetum eſt iri, & rediri & non per terras alienas ſub pęnis infraſcriptis, & quicumque omiſſerit, cum bobus plauſtris vel aliis beſtiis oneratis ire per ipſas ſtratas, ſtrictas & acceſſus, & iuerit per terras alienas, cum bobus plauſtris & caretis ſiue abſque voluntate dominorum condemnetur, qualibet vice ſi terra fuerit ſeminata blada vel leguminibus in ſolidis decem tertiolorum, ſi in prato in ſolidis 8. tertiolorum, ſi in uitibus non ſeminata terra in ſolidis 5. tertiolorum, & ſi in vitibus ſeminata terra in ſolidis decem tertiolorum, ſi in buſcho, vel zerbo, terra non ſeminata in ſolidis quatuor tertiolorum; & ſi cum aliis beſtiis oneratis ſiue plauſtro & careta in ſolidis duobus tertiolorum, pro qualibet vice, quas pęnas iudex ad hoc deputatus teneatur exigere infra terminum in aliis ſtatutis contentum, iuxta terminationē aliorum ſupraſcriptorum ſtatutorum vt ſupra, quarū

pęnarum tertia pars sit communis alia tertia sit accusatoris,& reliqua tertia pars sit damnum passi.

¶De aqua retinēda super suo in Episcopatu. Stat. 402.

ITEM statuit commune Laudæ, quòd ad euitanda damna quæ de cætero possent occurrere, & occurrunt sępe, quòd quilibet districtus Laudæ teneatur,& debeant retinere aquas super suo secundum, quòd natura loci requirat & est possibile fieri sine damno vicinorum, ita quòd non decurrat in stratis publicis accessibus arzinalibus,& strictis, ita quòd homines possint ire & redire vt prædictum est, in præcedenti capitulo, & statuto & si quis contrafecerit puniatur in solidis viginti tertiolorum pro qualibet vice, & nihilominus teneatur ad reparationem dictarum stratarum accessium arzinalium & strictarum ex causa prædicta, infra tertiam diem quæ pęna totiens cōmittatur quotiēs contrafactū fuerit & idem intelligatur de pontibus,& quilibet possit accusare & denuntiare, & habeat medietatem pęnæ & reliqua medietas sit communis,& credatur accusatori cum sacramento.

De modo & forma extimandi damna data. Stat. 403.

ITEM statuit commune Laudæ, quòd si aliqua accusatio, vel denuntiatio, vel notificatio facta fuerit, per aliquem camparium dominum massarium vel iuratum seu per aliquem alium de damno, dato aliquo & vertatur in dubium de damno, quòd tunc iudex, vel officialis ad hoc deputatus teneatur,& debeat si ab

eo fuerit requisitus infra tertiam diem per damnum passum vel per accusatum mitere vnũ vel duos ad expensas perdentis & qui debeant iurare de loco vbi dãnum datum fuerit vel loco circumstanti, qui habeãt videre & examinare si damnum datum est:& quantũ: vel non datum aliquod damnum: & secundum quòd inuenerint refferant bona fide & legaliter iuxta formã sacramenti eis vel ei præstiti secundum quorum, vel cuius relationem procedatur ad decisionem talis accusæ seu talem accusationem absoluendo vel cõdemnando, & credatur ei vel eis cum sacramento & infra terminum quindecim dierum exigatur extimatio dãni,& restituatur damnum passo: & si illi qui mittẽtur vt supra ad videndum dictum damnum non concordarentur:quòd Iudex & officialis dicti officij teneatur ipsos detentos: donec concordes fuerint: & prædicta fiant statim cum fuerit requisitum sub pęna dicto Iudici librarum decem tertiolorum,de suo salario qualibet vice,& hoc non obstante aliquo statuto commu nis Laudæ, de consilio sapientis dando:& prędicta locũ habeant in dãnis quæ oculata fide possint videri.

¶ De zapellis non destopandis.

ITEM Statuit commune Laudæ,quòd nulla persona cuiuscunq; conditionis & status existat, audeat vel pręsumat destopare vel destopari facere,nec explanare vel explanari facere zapellum fossatum vel clausuram aliquam, aliqua, vel aliquod alicuius fundi vel terræ contra vel præter voluntatem domini fundi vel terræ,& si quis explanauerit condemnetur pro quolibet

bet, & qualibet vice in ſolidis decem tertiolorum, & ſi deſtopauerit in ſolidis ſex tertiolorum, & ſi explana uerit & deſtopauerit in ſolidis viginti tertiolorum: cuius pene tertia pars ſit communis alia tertia pars ſit domini fundi: & alia tertia pars ſit accuſatoris, & nihilominus ad reducendum zapellum ſeu foſſatum in priſtinum ſtatum teneatur accuſatus & credatur cuilibet accuſatori cum ſacramento.

¶Sacramentum Mulinariorum, & eorum officialium Epiſcopatus Laudæ. Stat. 405.

ITEM Statuit commune Laudæ: quòd quilibet Mulinarius filius famulus vel coadiutor cuiuſlibet mulinarij Epiſcopatus officium mulinarie exercens in Epiſcopatu Laudæ prædicto: teneatur ſemel in anno iurare, & ſacramentum facere infraſcripti tenoris Corã Poteſtate vel Iudice ad hoc deputato: qui infraſcriptũ ſacramentum legat ad eius intelligẽtiam, & iuret obſeruare bene & legaliter, & ſeu fideliter omnia, & ſingula in ipſo infraſcripto ſacramento per ordinem cõtenta ſub penis infraſcriptis & aliis contentis in ſtatutis ſuper hoc editis cuiuſquidem ſacramenti tenor ſequitur in hac forma Ego A iuro ad ſancta dei euangelia corporaliter tactis ſcripturis, quòd bona fide ſine fraude accipiam granum ſiue bladum a quacunque perſona ciuitatis & Epiſcopatus Laudæ: mihi dare volenti ad macinandum, ad penſam ſiue menſurã prout mihi dare voluerit, & illius granum ſiue bladum reſtituam in formam bonam, & ſufficientem ſecundum eſſe bladi quod mihi dederit ille aquo bladum, prædi-

ctum recipio & hoc ad pensam si mihi dederit ad pe-
sam, & si mihi dederit ad mensuram illud in farinam
sibi restituam ad mensuram secundũ formam infra-
scriptorum statutorum & macinabo bene & diligen-
ter granum siue bladum quod in me peruenerint cau
sa macinandi nec furtum faciam in eis nec fieri per-
mittam; nec volenti facere consentiam, nec fraudem
aliquam comittã in predictis nec infrascriptis & bo-
nam farinam inde faciam, & non tenebo molam in
molendino quæ non sit bona & sufficiens macinare,
& consignabo farinam ad iustam pensam & mensu-
ram vt supra illi a quo bladum causa macinandi acci
pero infra quintam diẽ: & non mittam granũ vel fa-
rinam nec deponam in domo mea, nec ad domũ ali-
cuius: nisi ad domum illius, cuius fuerit, & non reci-
piam donum vel seruitium aliquod vel premium ab
aliqua persona causa conducendi vel portandi granũ
siue bladum ad molendinum causa macinandi, nisi
illud quod mihi est concessum per formam statuto-
rum communis Laudæ: & si contrafecero in aliquo
casu casuum predictorum cõponam pro banno qua-
libet vice vltra pœnas infrascriptas in statutis limita-
tas solidorum octo tertiolorum & damnum passo re
stituam in duplum; & non ponam rem turpem nec
sabionum terram vel aliquod turpe in grano vel fari-
na, nec ponere faciam nec ponere uolenti cõsentiam
& si contrafecero componam pro banno librarũ de-
cem pro qualibet uice, & nunquam traham bladũ ad
molẽdinũ, nisi prius ut supra hoc prestitero & fecero
sacramentũ & nõ accipiam pro molatura nisi unam
libram grossam pro quolibet stario & non plus & illa
legumina quæ in me peruenerint, bona fide & sine

fraude frangam custodiam, & restituam prout supra, & non ducam nec duci permittam per me, nec per alium bladum vel granum mihi datum ad macinandum ad aliquod molendinum quod sit extra iurisdictionem Episcopatus Laudę nec illud ducere volenti consentiam: & si contrafecero componam pro banno qualibet vice communi Laudæ vltra penas in statutis communis Laudæ contratas solidorum centum tertiolorũ qualibet vice & si mihi aufferetur bladum siue granum mihi datum ad macinandũ quod conducerem seu conduci facerem ad macinandum contra infra dicta statuta: & alia vetita communis Laudæ illud bladum siue granum vel eorum extimationem vel valimentum cum extimatione & valimẽto sacchorum in quibus positum fuerit restituam infra tertiam diem illi a quo vel quibus dictum bladũ siue granum recæpissem sub pœna dupli & si sciuero aliquem facere contra prædicta infra quintam diem denuntiabo vel accusabo Potestati iudici vel officiali ad hoc deputato: & si contrafecero componam pro banno qualibet vice soldis decem tertiplorum & nõ Imiscebo farinam vel legumina vniusq cum farina vel leguminibus alterius & non celabo farinam in molẽdino, nec eam in eo tenebo, Sed eam consignabo infra terminum suprascriptum illis quorum fuerit & ad plenum: obseruabo statuta communis Laudæ edita & formata super prædictis prout in eorum voluntate seu volumine continetur & quotiescunque officiales cõmunis Laudæ ad hoc deputati voluerint intrare molendinum seu molendina mea eos libere intrare permittam & quærere farinam & suũ officiũ exercere put eis placuerit & si cõtrafecero cõponam

pro

pro banno solidis decem tertiolorũ: & quilibet possit denuntiare, vel accusare & habeat medietatẽ banni & accusatori credatur cum sacramento.

¶Quod quærimonie accuse, vel denuntie Mulinariorum Episcopatus fiant coram Iudice vel officiali ad hoc deputato. Stat. 406.

ITem Statuit commune Laudæ: quòd si quis voluerit conqueri de aliquo Mulinario: filio famulo vel coadiutore ipsius mulinarij, officium mulinariorum exercentibus: vel quĩ exercuerint de farina male macinata vel leguminibus male frangis vel aliquibus aliis fraudibus commissis: vel de fiendis omissis per mulinarios filios famulos vel coadiutores contrà eorum sacramenta, & statuta ipsam querelam, denuntiam vel accusam faciat: Coram iudice & officiali ad hoc deputato etiam sine scriptis: & extra ordinẽ vel etiam eam scribi faciat ad cameram armarij cõmunis Laudæ per notarium ibi deputatũ & quòd dominus officialis ad instantiam cuiuslibet denũtiantis vel accusantis vel quærimoniam deponentis seu porrigentis contra accusatos vel denũtiatos procedere debeat & eos condemnare & punire infra tertiã diem post quam eis denuntiatũ vel data fuerit accusa & pęnas exigere & restitui facere secundum formam statutorum prædictorum, & infrascriptorum sumarie & de plano & extra ordinem infra quintam diem a die factarum dictarum condemnationem computandam & non audiatur talis mulinarius filius famulus vel co

 adiutor

adiutor contra aliquam defensam nisi idonee satisde derit de damno & farinis restituendis & pœna soluē da: quæquidem defensio tantum admittatur cum satisdatione prædicta ante publicationem condemnationum prædictarū: & non post: & in casibus in quibus non adhibetur fides denuntianti vel accusanti.

¶Quod Mulinarij Episcopatus Laudæ non debeant macinare aliquod bladum super molis super quibus macinatur galla vel linoxa.
Stat. 407.

ITem Statuit commune Laudæ: quòd mulinarij filij famuli vel coadiutores mulinariorum Episcopatus Laudæ eisdem modo & forma teneantur & sint astricti facere & obseruare ea quæ continentur in statuto mulinariorum Ciuitatis & Burgorum Laudæ posito sub rubrica prædicta quibus teneantur & astricti sunt mulinarij ciuitatis & burgorum Laudæ per eodem statuto prædicto.

¶Quod quilibet mulinarius filius famulus & coadiutor ciuslibet Episcopatus Laudæ teneatur reddere farinam prout infra. Stat. 408.

ITem statuit commune Laudæ: quòd quilibet filius famulus & coadiutor cuiuslibet mulinarij: & ipse mulinarius Episcopatus Laudæ officium mulinariorum exercēs in Episcopatu prædicto: teneatur reddere bladum macinatū in farinā: illis qui eis dederint bladum

bladum siue granum ad pensam in domo dantis, teneantur sibi eam reddere ad iustam pensam. Si ad mẽsuram statim vel alterius mensuræ vt mine & quartari ipsum bladum acceperit, teneatur illud in farinam reddere ad mensuram siue ad rationem mensuræ starij videlicet starium cumulum in farinam pro stario raso in grano, si fuerit furmentum vel sichalis per se vel mistura, & si millium per se vel cum alia mistura fuerit stare septem ad starium cumulũ, de stariis octo pro rasis & sic ad computum cuiuslibet starij pro rata in ellectione illius qui dederit dictum bladum ad macinandum & si quis contrafecerit condemnetur in solidis decem tertiolorum qualibet vice & vltra ad restitutionem farinæ ad iustam pensam vel mensuram vt supra illi cui restitutio venerit fienda, & credatur domino vel domine cum sacramẽto & iudex vel officialis ad hoc deputatus teneatur prædicta executioni mãdare infra terminum in aliis statutis contentum.

¶ Quod mulinarij Episcopatus Laudæ non ducant blada ad macinandum nisi cum bestiis coctis siue bullatis. Stat. 409.

ITEM Statuit commune Laudæ, quòd nullus mulinarius filius famulus vel coadiutor cuiuslibet ipsius mulinarii Episcopatus vel districtus Laudę audeat vel præsumat ducere, vel duci facere bladum aliquod seu granum ad macinandum ad eius molendinum siue molendina cum aliqua bestia quæ non si co-

cta siue signata uel bulata signo, & bulo ordinato, nec de aliquo loco granum siue bladum accipere, vel conducere causa macinandi nisi de illis locis quæ scribi fecerit in libris communis per notarium seu notarios iudicum, seu officialium ad hoc deputatum, seu deputatos: quæ debeat fecisse scribi infra octo dies à die præstiti sacramenti, & satisdationis datæ secundũ ordinem supradictũ continue numerandos & si quis contrafecerit perdat bladum & bestias & pęnas incurrat: & si dictum bladum conduceretur contra interdicta communis Laudæ, & illud bladum siue farinam sint perdite vna cum sacchis siue valimento eorum: & restituere teneatur secundum quòd in suo sacramento continetur per ordinem.

¶Quod aliquis mulinarius stans & habitans extra Episcopatum Laudæ non veniat in Episcopatu ad accipiendum bladum occasione nec sub specie macinandi. Stat. 410.

ITEM Statuit commune Laudæ: quòd aliquis mulinarius: qui stet nec habitet in Episcopatu Laudę, & qui non sit suppositus iurisdictioni communis Laudę audeat nec præsumat venire in Episcopatu Laudæ cũ bestiis plaustris vel sine: pro accipiendo aliquod bladum sub specie macinandi ad aliquod molendinum, quod sit extra Episcopatum Laudæ, nisi prius suum præstiterit sacramẽtum, & Idoneæ satisdederit & alia quæcunque fecerit quæ faciunt & facere tenentur mulinarij dicti Episcopatus & si ad molendinum extra

Episco-

Episcopatum macinare voluerit in aliquo non admittatur & si contrafecerit perdat bladum, & bestiam, & vltra condemnentur in libris 25.tertiolorum & quilibet possit denuntiare & accusare,& habeat medietatẽ pœne & reliqua medietas sit cõmunis & credatur accusatori cum sacramento & vno teste fidedigno.

¶Quod nullus districtualis debeat dare bladũ ad macinandũ alicui mulinario, qui macinet bladum ad molendina extra Episcopatum Laudæ existentia. Stat. 411.

ITEM Statuit commune Laudæ, quòd nulla persona cuiuscunque conditionis existat habitans in Episcopatu Laudæ, audeat vel præsumat dare bladũ siue granum aliquod ad macinandũ alicui mulinario filio famulo vel coadiutori aliquorum mulinariorum, qui macinent àd mòlendina posita, & existentia extra districtum & Episcopatum Laudæ: nec talis districtualis debeat portare nec conducere nec portari, nec conduci facere aliquod bladum ad macinandum ad aliquod molendinum quod sit extra districtum Laudæ, & si quis contrafecerit amittat bestias & bladum & vltra condemnetur in solidis viginti tertiolorum & cõsules illius loci extra quem tale bladum fuerit exportatum teneantur infra tertiam diem, dicto Iudici denũtiare sub pœna solidorum 40.tertiolorum,& quilibet possit accusare,& habeat medietatem banni, & reliquam sit communis, & sibi fides adhibeatur cum sacramento, & vno teste fidedigno.

¶Rubrica generalis de Mulinariis,& eorum ordinibus officiis& pęnis,& eorum fraudibus remouendis. Stat. 412.

ITEM Statuit commune Laudæ:ad reprimédas malitias mulinariorum,quòd quilibet mulinarius siue filius famulus vel coadiutor cuiuslibet mulinarij ciuitatis burgorum & Episcopatus Laudæ: exercens officium mulinariorum in molendino & extra: teneatur accipere ab omnibus & singulis ciuitatis burgorum, & Episcopatus Laudæ volentibus sibi dare bladum ad macinandum ipsum bladū: accipere ad pensam siue ad mensuram: prout dans bladū dare voluerit sub pęna soldorum decem tertiolorum: pro quolibet mulinario filio famulo, vel coadiutore ipsorum contrafacietium qualibet vice & credatur in hoc casu dare volenti bladum,vt supra cum sacramento: contra mulilarium & alios vt supra & medietas perueniat in denuntiantem vel accusantem: & postquam ipsum bladum acceperit pro macinando nō deponat in aliquo loco de bestia super qua fuerit oneratum in Ciuitate vel burgis Laudæ. Sed teneatur ipsum bladum portare, & consignare ad domum deputatam vel deputandam per commune Laudæ eis mulinariis, & ibi diligenter facere pensare dictum totum bladum quod acceperit pro macinando per officiales,qui ibidem fuerint deputati & deinde dictum bladum, portare, seu conducere ad macinandum & macinatum ipsum in farinam riportare, seu cōduci facere infra tertiam diē ad dictam domum sic deputatam vel deputandam:& ipsam pensari facere per ipsos officiales & pro macina

tura

-tura in se retinere libram vnam grossam pro quolibet stario & non plus & ipsam farinam quibuslibet a quibus bladum acceperit pro modo prædicto consignare & restituere infra terminum ipsum & si contrafecerit puniatur quilibet mulinarius omittens prædicta per ordinem obseruare qualibet vice in solidis decem tertiolorum, & vltra ad restitutionem illius plus quã retinuisset de farina prædicta & credatur domino mulieri & domine cum sacramento de damno & retentione farine prędictæ & quilibet possit denuntiare, & accusare & habeat medietatem pęne, & alia medietas sit communis & Potestas, & Iudex & officialis ad hoc deputati teneantur per sacramentum postquam fuerit eis vel alicui eorum denuntiatum, vel notificatum prædicta exequutioni mandare.

¶De sacramento Mulinariorum & eorum officialium ciuitatis & burgorum. Stat. 413.

ITEM Statuit commune Laudæ, ꝙ quilibet mulinarius filius famulus vel coadiutor cuiuslibet mulinarij ciuitatis & burgorum Laudæ teneatur semel in anno facere sacramentum infrascripti tenoris: coram Potestate vel iudice siue officialibus ad officium victualium deputatis: de obseruando bene & fideliter omnia in infrascripto sacramento contenta sub pęnis infrascriptis & aliis contentis in statutis super hoc editis & quilibet mulinarius famulus filius vel coadiutor: qui infrascriptum fecerit sacramẽtum scribatur cum nominibus & cognominibus propriis in libro præstiti sacramenti cuius quidem sacramẽti tenor sequitur

Io

In hac forma ego iuro ad ſancta Dei Euangelia corporaliter tactis ſcripturis ꝙ bona fide ſine fraude accipiã granum, ſeu bladum a quacunq; perſona ciuitatis, & burgorum Laudæ mihi dare volenti ad macinandum & illud cuſtodiam, & conſignabo ſecũdum formam ſtatutorum cõmunis Laudæ,& macinabo bene & diligenter granum ſiue bladum, quod in me peruenerit cauſa macinandi:& non tenebo molam in molendino quæ non ſit bona & ſufficientes ad macinandum, & conſignabo farinam ad iuſtam penſam & menſurã illi aquo accepero bladum ad macinandum, & non mittam granum,vel farinam, nec deponam in domo mea propria nec domum aliam niſi ad domum illius cuius fuerit, & non accipiam aliquod donum vel ſeruitium vel præmium ab aliqua perſona cauſa conducendi vel portandi granum ſiue bladum ad molendinum cauſa macinandi:niſi illud quod mihi eſt cõceſſum per formam ſtatutorum communis Laudæ, & ſi contrafecero,vltra alias pœnas in ſtatutis limitatas cõponam in quolibet caſu caſuum prædictorum pro pœna communi Laudæ ſolidis octo tertiolorũ pro qualibet vice,& damnum paſſo reſtituam in duplum: & non ponam rem turpem in grano vel farina,nec poni faciam nec ponere volenti conſentiam, ſcilicet ſabionum, vel terram, vel aliquod aliud turpe:& ſi fecero componam pro banno communi Laudæ librarũ decem tertiolorum qualibet vice & nõ traham bladum ad molendinum niſi primo hoc præſtitero ſacramentum ſemel in anno vt ſupra,& totam farinam,quæ de nocte fuerit macinata:mane traham ad locum vbi põderantur farinę nec aliquam farinam abinde mouebo

donec

donec pensata & circata fuerit ab officialibus communis Laudæ: qui super hoc fuerint deputati: & molaturam aliquam non tollam nisi vigesimam librarum de quolibet stario librarum vnam: Et illa legumina quæ in me peruenerint bona fide sine fraude frangeam saluabo, & restituam vt supra & si sciuero aliquem contra prædicta facere Potestati vel officiali ad hoc deputato: accusabo vel denuntiabo: eadē die vel sequenti, & si contrafecero componam pro banno Communi Laudæ qualibet vice, solidis quatuor tertiolorum, & accipiam granum siue bladum ad pēsam prout in statutis super hoc editis cōtinetur, & si contrafecero cōponam pro banno communi Laudæ qualibet vice: illud quod limitatum est per formam statutorum prædictorum: & tenear accipere a quibuslibet personis volentibus dare suum granum ad macinandum per illud fraude dimittam sub pęna in ipsis statutis limitata & ad plenum obseruabo statuta communis Laudæ edita & formata super prædictis: prout in eorum voluntate continetur & non imiscebo farinam vel legumina vnius, cum farina vel leguminibus alterius, & non celabo farinam in molendino. Sed eam traham vt supra infra terminum suprascriptum & quotiensc cunque officiales communis ad hoc deputati voluerint intrare molendinum seu molendina mea eos libere intrare permittam & quærere farinam in molendino & suum officium exercere, prout sibi placuerit, & si contrafecero componam pro banno communi Laudæ solidis decem tertiolorū qualibet vice, & quilibet posit accusare & denuntiare & habeat medietatem banni, & de omnibus & singulis ipsorum credatur accusatori cum sacramento.

Quod

¶Quod quilibet Mulinarius posſit accuſari quandocunq; & etiam ſine declaratione diei &c. Stat. 414.

QVILIBET Mulinarius filius famulus, & coadiutor cuiuſlibet mulinarij, posſit accuſari & notificari de omnibus, & ſingulis quæ comiſſerint vel omiſſerint contra formam ſtatutorum communis Laudæ, quandocunque poſt, delictum comiſſum etiã ſine declaratione diei: comisſi delicti: non obſtantibus aliquibus ſtatutis prouiſionibus vel ordinamentis in cõtrarium loquentibus.

¶Quod querimonie: denuntie, & accuſæ mulinariorum fiant coram Iudice, & officiali ad victualia deputato. Stat. 415.

ITEM Statuit commune Laudæ, quòd ſi quis voluerit conqueri de aliquo mulinario filio famulo, vel coadiutore ipſius, officium mulinariorum exercentibus vel qui exercuerint de farina male macinata vel leguminibus male frangis vel de aliquibus aliis fraudibus comisſis vel de fiendis omisſis per mulinarios filios famulos vel coadiutores, vt ſupra contra eorũ ſacramenta & ſtatuta ipſam querelam faciant coram iudice uel officiali ad victualia deputato ſine ſtrepitu & extra ordinem, dum ſit ſcriptura primo ad cameram armarij communis Laudæ, qui ad inſtantiam cuiuſcunque denuntiantis vel accuſantis vel querelam porrigentis contra accuſatos vel denuntiatos procedere debeat & eos condemnare & punire infra tertiam diẽ poſtquam fuerit eis denuntiatum vel accuſa fuerit da-

ta: & pœnas exigere & damnum restitui facere secundum formam statutorum prædictorum & infrascriptorum sumarie & extra ordinē infra tertiam diem a die dictarum condemnationum factarum computanda: & non audiatur talis mulinarius filius famulus vel coadiutor ad defensionem: nisi idonee satisdederit de damno & farina restituenda & pœna soluenda: quæquidem defensio admittatur tantum cum satisdatione prædicta: ante publicationem condemnationis prædictorum & non post: & in casibus quibus vt supra adhibetur fides denuntianti vel accusanti.

¶Quod nullus mulinarius debeat macinare aliquod bladum super molis super quibus macinatur galla & linoxa. Stat. 416.

ITem statuit commune Laudę: quòd nullus mulinarius filius famulus vel coadiutor qui macinet seu macinare faciet ad molendina sua: gallā vel linoxam possit nec debeat macinare: aliquod bladū super ipsis molis: & ꝙ ipsi mulinarii nō audeant, nec præsumant sub pœnis infrascriptis macinare nec macinari permittere in eorum molendinis furmentum sichalem, & millium per se vel in mistura immediate post macinaturam milice spelte auene vel ordei. Sed teneatur macinata milica spelta auena vel ordeo per se vel misturam, macinare de blado proprio ipsorum mulinariorum in ea quantitate quæ sibi placuerit vt frumentum sicalem, vel milium sibi datum ad macinandum magis nitide possit macinare: ne misceātur cum macinatura milice ordei: auene vel spelte; & si per aliquem

quem mulinarium filium famulum vel coadiutorem contrafactum fuerit, condemnetur qualibet vice in solidis decem tertiolorum & quilibet possit accusare & denuntiare, & habeat medietatem banni & alia sit communis & credatur ei cum sacramento & quilibet possit denuntiare & accusare, & credatur cum sacramento.

¶ Quod quilibet mulinarius filius famulus vel coadiutor teneatur reddere farinam vt infra.

Satut. 417.

ITem statuit commune Laudæ; quòd quilibet mulinarius filius famulus, vel coadiutor teneatur, & debeat bladum in farina macinatum reddere illis:qui ei dederint bladum ad macinandum prout infra videlicet. Si receperit ipsum bladum siue granum ad pensam in domo dantis teneatur eadem sibi reddere ad ipsam pensam: & ad pẽsam caxeile siue domus ad hoc deputare ipsum bladum pensatum fuerit, eodẽ modo reddere teneatur: & si ad mensuram starii acceperit, ipsum bladum teneatur reddere farinam ad mensuram starii videlicet starium culmum in farina pro stario raxo in grano si fuerit furmentum vel sicalis per se: vel misturatum:& si milium per se vel cum alia mistura fuerit: staria septem de stariis octo:& sic ad computum pro quolibet stario pro rata ad stariũ culmum pro rata vt supra in electione illius qui dederit dictum bladum ad macinandum & si quis contrafecerit cõdemnetur in solidis decem tertiolorum qualibet vice,& vltra ad restitutionem farine; ad pensam

ſam vel ad menſuram vt ſupra; illi cui reſtitutio venerit fienda Et credatur domino, vel domine cum ſacramento, & iudex vel officialis ad hoc deputatus teneatur prædicta executioni mandare vinculo ſacramenti infra terminum in aliis ſtatutis.

¶ De blado leguminibus: & farina: cum ſachis afundatis reſtituendis. Stat. 418

ITem Statuit commune Laudæ: quod ſi quis mulinarius filius famulus vel coadiutor duxerit vel duci fecerit granum aliquod: ſeu bladum farinam vel legumina a rippa abdue ad molendinum & a molendino ad ipſam rippam; & nauis aliquo caſu afundauerit in aqua prędicta teneatur talis mulinarius filius famulus vel coadiutor: reſtituere dictum bladum granum farinam vel legumina, cum ſacchis ſiue eorum extimationem & valimentum illis quorum erant bladum farina & legumina & ſacchũ ſingulariter prout receperint: & mulinarius ad reſtitutionem prædictã teneatur pro famulo filio vel coadiutore & ſi non habuerint: vnde poſſint talem reſtitutionem facere vel fecerint infra tempus prædictum ad hoc poteſtas & eius iudices facere teneantur per ſacramentum ad inſtantiam requirentis: & prout fuerit requiſitum & credatur domino cuius erit dictum bladum cum ſacramẽto de quantitate bladi vel leguminum: & extimatiorum ſacchorum.

¶ De

¶ De satisdationibus fiendis per mulinarios.
Statu. 419.

ITem statuit commune Laudæ: quod quilibet mulinarius Ciuitatis & burgorum Laudæ qui nunc est & in futurum fuerit; exercens officium mulinarie in molendinis: & extra qui intelligantur tam qui stant in molendino causa macinandi quam vadunt per Ciuitatem, & burgos Laudę: cum bestiis: & aliter pro bladis accipiendis causa macinandi: teneantur & debeant semel in anno quando suum præstiterit sacramentum vt superius continetur idonee satisdare cum bonis fideiussoribus qui non sint de magnatibus: corã iudice & officiali ad hoc deputato super victualiis communis Laudæ de seruando & seruari faciendo tã pro se: quam pro eorum famulis filiis vel coadiutoribus iuxta sacramenti formam & tenorem sacramẽti per eos præstiti & præstandi quolibet anno vt superius continetur & de seruando bene & legaliter statuta communis prædicti super hoc edita: & ordinata prout in isto volumine continetur & ipsis de non cõtraueniendo & de soluendo quascunque pœnas quas incurrerent in futurum ipsi: & eorum filij famuli & coadiutores facientes contra prædicta statuta, & sacramentum & de restituendo omnia damna ad quæ obligati sunt: vt superius in prædictis statutis per ordinem fit mentio: & de stando & perendo mandatis ipsius iudicis & officialis quotiescunque fuerit requisitus pro prædictis vel aliquo prædictorum: vel depẽdentibus vel connexis ab eisdem: & hoc sub pœna librarum vigintiquinque tertiolorum cuilibet mulinario

nario omittenti prædictam satisdationem præstare vt supra.

¶Quod nullus mulinarius filius famulus vel coadiutor debeat caualcare farinas, existentes super bestiis. Stat. 420.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd nullus mulinarius filius famulus vel coadiutor mulinarij, audeat vel præsumat caualcare seu sedere super bestiis aliquibus ponderatis & super quibus ponderate sint farine sub pœna solidorum decem tertiolorum cuilibet mulinario filio famulo & coadiutori dicti mulinarii qualibet uice aufferenda, & teneatur dictus mulinarius, pro ipsis filiis famulis & coadiutoribus vt supra dictũ est, & quilibet possit accusare & denuntiare, & habeat medietatem banni & condemnationis & alia medietas sit communis & credatur sacramento denuntiantis vel accusantis cum vno teste fidedigno.

¶ Rubrica generalis de Pristinariis Ciuitas & districtus Laudæ.

¶ Sacramentum Pristinariorum. Sta. 421.

ITem Statuit commune Laudæ: quòd quilibet pristinarius & panem coquens, tentatur & debeat semel in anno facere & præstare coram iudice & officiali communis Laudæ ad uictualia deputato, sacramentum infrascripti tenoris: antequam incipiat co-

quere. Ego a iuro ad ſancta Dei Euangelia tactis ſcripturis, quòd bona fide ſine fraude cuſtodiam & ſaluabo, totam illam farinam, paſtam, & panem, qui & quę fuerint mihi date & conſignate, & data & conſignata, nec de eo vel de ea, faciam furtum nec fieri conſentiam, & ſi ſciuero aliquem, & cuius fuerit manifeſtabo infra tertiam diem, poſtquam ſciuero, & non accipiam pro coctura cuiuſlibet ſtarij farine, niſi denarios tres, & non faciam leuatū de ruſcha vel raſpatura, nec aliqua alia turpitudine. Sed tantum de bona farina & de eodem genere, & ſi dedero leuatum alicui, nō plus accipiam quam dedero, & ſi fecero panem venalem, penſabo panem ad penſam communis & faciam illud quod ſupra & infra legitur iurare oēs de familia mea a duodecim annis ſupra, & a quinquaginta annis infra & bona fide ſine fraude coquam panem ad vendendū iuxta debitam penſam mihi datam per cōmune Laudæ nec cum aliis priſtinariis, quin coquam quantum voluero & potero, & quantum mihi pręceptum fuerit & non miſcebo leuatum cum farinatio nec celabo panem officialibus: quando penſare & Curare voluerint: nec ſtringam aliquem priſtinarium quin coquat panē quantum voluerit & bene mondabo & mondari faciā granum bene & legaliter & bene coquam panem & illum penſabo ad iuſtam penſam communis ſicut mihi data fuerit, nec dimittam aliquem de mea familia penſare paſtam niſi hoc fecerit ſacramentum & quotieſcunque contra prædicta vel aliquod prædictorum fecero componam pro banno qualibet vice ſolidos 20. tertiolorum & vltra tenear ad illas pęnas in hiis ſtatutis contentas.

¶ De

¶De modo tenendi panem venalem.
Stat. 422.

ITem Statuit commune Laudæ: quòd quilibet pristinarius faciens panem ad vendendum teneatur panem quem fecerit ad vendendum tenere in bancho vel disco, extra domum vel fenestram sue domus vel in mercato sine fraude, & permittant ipsi pristinarij, quotiescunque eis fuerit requisitum per officiales communis Laudæ ipsos officiales curare in domo sua ponere quandocunque voluerint: & qui contrafecerit cõponat pro banno qualibet vice solidos 20. tertiolorum, & quilibet possit denuntiare & accusare & habeat medietatem pœnæ & reliqua sit communis, & credatur accusatori cum sacramento.

Quod pristinarij coquant bene panem.
Stat. 423.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd quilibet pristinarius coquens panem familiis ciuitatis & burgorum Laudæ: teneatur & debeat coquere: & asasonare panem bene & suficienter quibuslibet volentibus: & si contrafecerit condemnetur pro quolibet & qualibet cocta: siue fornata in soldis 20. tertiolorum & pro qualibet singulari cocta cuiuslibet singularis persone in soldis decem tertiolorum & ad restitutionem dicti panis seu extimi ipsius, cuius pœnæ medietas sit communis, & reliqua medietas sit accusatoris, & credatur damnum passo, cum sacramento.

¶ Quod quilibet Pristinarius teneatur tenere panem ad sufficientiam. Stat. 424.

ITem Statuit commune Laudæ: quòd quilibet Pristinarius & pristinaria faciens panem venalem teneatur, & debeat habere & tenere panem venalem ad sufficientiam: qui sit ad iustam pensam prout sibi data fuerit per commune Laudæ, singulis temporibus & qualibet die sub pœna soldorum viginti tertiolorum pro quolibet & qualibet vice: & iudices seu officiales communis Laudæ ad victualia deputati: teneantur & debeant bis in ebdomada inquirere diligenter de prædictis: & quoscunque quos culpabiles inuenerint condemnare vt supra & quilibet possit denuntiare & accusare, & habeat medietatem condemnationis & reliqua perueniat in commune Laudę: & credatur denuntianti vel accusanti cum sacramēto.

¶ De ordinibus & bannis Pristinariorum. Stat. 425.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd quilibet Pristinarius ciuitatis burgorum & Episcopatus Laudæ faciēs panē venalem teneatur facere bene coctum, & ad iustam pensam communis Laudæ vt supra continetur & si inuentus fuerit habere panem minus pensa sibi data per commune Laudæ prout data uel mutata fuerit singulis temporibus a duodec. panibus infra perdat ipsum panem & condemnetur ille pristinarius in duplum pretij pro quo vendi debebat panis qualibet vice: Si vero vltra panes duodec. inuenti fuerint minus pensa perdatur

panis

panis repertus minus pensa: cum tota cocta: & vltra condemnetur pristinarius in duplum pretij quod valebat siue quod vendebatur panis repertus minus pensa, si vero panis fuerit male coctus & turpis usque ad 12. panes, perdatur ipse panis condemnetur ipse pristinarius in soldis decem tertiolorum qualibet vice: & si vltra 12. panes inuenti fuerint alij male cocti vel turpes perdatur panis sic inuentus turpis vel male coctus cùm tota cocta & vltra condemnetur pristinarius in duplum pretij pro quo vendi debebat dictus panis: & si dictus pristinarius falsauerit panem ponendo reuezolum, vel cruscham, vel aliquod aliud turpe perdatur talis panis; & vltra comdemnetur in pœna dupli vt supra: & vbi dicitur de pane turpi, & male cocto vel de pane falsificato de reuezolo, cruscha, vel aliter in his casibus stetur dispositioni iudicis vel offitialium ad victualia deputatorum.

¶ Quod Pristinarij teneantur facere panem quibuscunque volentibus.

Stat. 426.

ITem Statuit commune Laudæ: quòd quilibet Pristinarius ciuitatis Laudæ coquens panem familiis ciuitatis Burgorum, & Episcopatus Laudæ teneatur & debeat accipere bladum siue farinam a quacunque persona volente fieri facere panem: & eidem bona fide facere & coquere pané: tam de furmento quam de mistura abulatatã siue asedazatam secundùm ꝙ pastonus & ordo datus fuerit pro cói pristinariis facientibus pané venalé, & fiat ille panis ad libitũ dãtis farinam vel granũ siue bladũ pro

pane faciendo in magnitudine forme quam voluerit, & quilibet Pristinarius contrafaciens componat pro banno qualibet uice soldos decem tertiolorum, & quilibet possit accusarę & denũtiare & habeat medietatem banni, & reliqua sit communis, & credatur accusatori cum sacramento.

¶ Quod quilibet Pristinarius teneatur facere panem secundum formam pastoni. Stat. 427.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd si aliquis Pristinarius ciuitatis & Episcopatus Laudæ, uoluerit facere panem uenalem a mistura illum faciat bonum & sufficientem, & teneatur ponere tantam farinam siccalis quantam debet, secundum rationem & modum pastoni; alioquin condemnetur qualibet uice in soldis uiginti tertiolorum; Et hoc Iudicęs & officiales ad uictualia deputati teneantur inquirere: & eorum dispositioni stetur: de mistura dicti panis si fuerit male ordinata secundum modum prædictum: quoslibet contrafacientes condemnare vt supra.

¶ Quod Pristinarij siue panem coquentes vicinarum teneantur ire ad circandum farinas vicinorum suorum si fuerint requisiti. Stat. 428.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd prestinarij siue pancoctati cuiuslibet vicinantie ciuitatis, & Burgorum Laudæ teneantur sacramento circhare, & examinare

examinare farinas vicinorum ſuorum vtrum fuerint bene macinate vel non: quotieſcunq; fuerint requiſiti a vicinis ſuis vel ab aliquo vicinorum ſuorum: & ſi male fuerint macinate condẽnetur mulinarius filius famulus vel coadiutor: qui eam farinam portauerit ſiue macinauerit in ſoldis decem tertiolorum pro quolibet & qualibet vice: cui priſtinario ſeu pancocolo credatur cum ſacramento: & ſi eas farinas Circare & examinare recuſauerit vt ſupra dictum eſt, condemnetur ſimiliter in ſoldis decem tertiolorum qualibet vice: & quilibet posſit denuntiare & accuſare & habeat medietatem pœnæ; & reliqua ſit communis & credatur accuſatori cum ſacramento.

De Executione dictorum ſtatutorum fienda. Stat. 429.

ITem Statuit commune Laudæ: quòd iudices & officiales ad victualia deputati teneantur & debeant vinculo ſacramenti infra octo dies condẽnationes exigere a quibuſcunque: qui deliquerint: poſtquam condemnationes faciunt de ipſis delinquentibus: & ipſas condemnationes facere infra quindecim dies a die facte talis inuentionis.

¶Quod ſit licitum dominis duodecim ſapientibus communis Laudæ ſimul & ſeparatim quando voluerint ire ad penſandum panem venalem. Stat. 430.

ITem Statuit commune Laudæ: quod ſit licitum dominis duodecim ſapientibus communis Laudæ ſimul & ſeparatim quando voluerint; & prout voluerint: ire ad penſandum & penſando faciendum panem venalem:

qui fiet & venditur tam super platea quam ad domos pristinariorum facientium ipsum panem venalem & quam etiam ad postas Ciuitatis vbi venditur dictus panis: & si repertus fuerit aliquis panis de minore pensa quam debeat: quòd ad eandem pœnam teneantur iudices & officiales tam ciues quam forenses officij clausorũ & victualium Laudæ:ad quam tenebitur per formam præsentium statutorum ille: cui repertus fuerit panis minor pensa iusta: nihilominus pristinarius cui repertus fuerit talis panis, condemnetur pro tali pane secundum formam statutorum dicti communis.

¶ Rubrica Generalis de Tabernariis.

Sacramentum Tabernariorum. Stat. 431.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd quilibet Tabernarius Ciuitatis Burgorum & Episcopatus Laudæ volens vendere vinum ad minutum: teneatur & debeat facere sacramentum infrascripti tenoris bis in anno: videlicet singulis mensibus sex infra terminum cride inde fienda per officiales seu iudices ad victualia deputatos: sub pęna cuilibet Tabernario hoc sacramentum recusanti soldorum quinquaginta tertiolorum; & quilibet possit denuntiare & accusare & habeat medietatem pœnæ: & alia medietas sit communis: & credatur accusatori cum sacramento, & scribantur cum eorum nominibus & cognominibus prout iurauerint in forma sacramenti: Ego a iuro ad sancta dei euangelia corporaliter tactis scripturis, quòd cuilibet emere volenti vinum ad minutum vendam & mensurabo bene & legaliter secundũ mensuram communis

communis Laudæ: & nullam faciam fraudem in mensurando per me nec submissam personam: & quòd non tenebo mensuram nisi illam quæ mihi ordinata fuerit per commune Laudæ & bulata bullo dicti cõmunis; & cum illa mensurabo: & mensurari faciam: & non aliter; & si Cõtrafecero puniar totiens quotiens contrafecero in solidis viginti tertiolorum, si vinum vendidero pretio denariorum sex pro quartario: & ab inde supra, & si ab inde infra puniar in solidis decẽ tertiolorum: & quilibet possit denuntiare & accusare, si fuerit subditus iurisdictionis communis Laudæ & credatur sibi cum sacramento, cuius pœnæ medietas sit communis: & alia medietas sit accusatoris & denuntiatoris, & non miscebo aquam cũ vino & tenebo vinum purum & nitidum secundũ quod mihi fuerit bullarum: & si habuero plura vasa bulata ad vendendũ dabo ciuilibet emere volenti de illo vase quod voluerit: & si recusauero dare de quolibet vase vt supra condemner in soldis duobus tertiolorum qualibet vice.

¶ De Eodem.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd notarij ad hoc deputati nullam debeant accipere solutionem pro scriptura sacramenti prædicti quando defertur tabernariis.

¶ De Mensuris ordinandis, & tenendis per tabernarios, Stat. 433.

ITem statuit commune Laudæ, quòd quilibet tabernarius ciuitatis burgorum & Episcopatus Laudæ, qui decetero vendere voluerit vinum ad minutum teneatur & debeat habere Causa mensurandi & pro mensurando vinum:

num: quod vendiderit ad minutum buzolas de vitreo ad iustam mensuram communis Laudę quarterij & medij quarterij: & cum ipsis vinum vendere ad debitam mensuram, & non aliter, & qui repertus fuerit habere buzolas minus mensura dicti communis, & vinum aliter vendere & mensurare quam cum dictis buzolis condemnetur in vtroque casu casuum prædictorum in soldis viginti tertiolorum, si uinum uendiderit pretio imperialium sex pro quarterio, & abinde infra in soldis decem tertiolorum, & idem intelligatur, si repertus fuerit filius famulus vel coadiutor alicuius tabernarij facere contra prædicta, quòd quilibet tabernarius teneatur,& quilibet possit accusare uel denuntiare,& habeat medietatem pœnæ, & alia sit communis, & credatur accusatori cũ sacramento.

¶ Quod nullus faciat signum alicui Tabernario. Stat. 434.

ITem Statuit commune Laudæ: quòd nulla persona cuiuscunque conditionis uel status existat, audeat uel prę sumat dare uel facere signum, nec oretenus dicere, nec aliquem missum mittere seu guardiam facere nec iudiciũ aliquod dare alicui tabernario nec alicui filio famulo uel coadiutori uel alicui alii de familia tabernarii, quando familia domini Potestatis uel iudicis uel officialis ad uictualia deputati uadunt ad circandum tabernas, & tabernarios pro uino male mensurato, uel aliter pro suo officio exercendo sub pœna & banno soldorum triginta tertiolorum cuilibet Contrafacienti qualibet uice, & quòd tabernarius & tabernaria & quælibet alia persona tam uendens quam accipiens uinum quod uẽditur ad minutum, quibus

quibus repertum fuerit habere vinum mensuratum teneatur illud tenere & retinere: postquam fuerit sibi dictũ per familiam seu aliquem ex familia domini Potestatis Iudicis vel officialis prædictorum siue per aliquem eorum: & non debeat talis sic repertus mensurare siue mensurasse vinum vt supra, & alius qui repertus fuerit vinum accepisse ad dictam mensuram, illud in aliqua parte portare nec tabernario restituere nec bibere nec spandere nec vinum adiungere nec adiungi facere: donec familia domini Potestatis vel officialis seu iudicis deputati ad prædicta vel aliquis eorum viderit: si dictum vinum fuerit bene mensuratum, & iuste ad mensuram dicti communis sub pœna cuilibet contrafacienti & qualibet vice soldorum sedecim tertiolorum: & quilibet possit denuntiare vel accusare, & habeat medietatem pœnæ, & alia medietas sit communis, & credatur accusatori cũ sacramento.

¶ Quod quilibet tabernarius teneatur aperire hostium taberna famulis domini Potestatis & officialium ad victualia deputatorum.

Stat. 435.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd quælibet persona vendens vinum ad minutum sacramento teneatur aperire hostium domus sue taberne, incontinenti postquam vocatus fuerit duabus vicibus per aliquem seu aliquos de familia domini Potestatis & Iudicis & officialiũ prædictorum, & nullo modo debeat extinguere lumen quod ipse habuerit: & si contrafecerit: soluat pro banno qualibet vice libras tres tertiolorum.

De

¶ De Signo habendo & tenendo in tabernis. Stat. 436.

ITem Statuit commune Laudæ: quòd quilibet tabernarius vendens uinum ad minutum tam in Ciuitate & Suburbiis quam Episcopatu Laudæ teneatur, & debeat habere signum super hostiis tabernæ sue in qua vinum vendiderit: & hoc vt cognoscatur quòd uinum ibi uendatur, & qui contrafecerit: condénetur pro quolibet & qualibet uice in soldis triginta tertiolorũ, & quilibet possit accusare & denuntiare, & habeat medietatem pœnæ, & reliqua sit communis, & credatur accusatori cum sacramento.

¶ Quod Tabernarij teneant tabernas suas Clausas post tertium sonum Campanarum. Stat. 437.

ITem Statuit commune Laudæ: quòd quilibet tabernarius ciuitatis & Burgorum Laudę teneatur & debeat tenere Clausas suas tabernas siue domos: in quibus vendiderit siue vendet vinum post sonum tertium campanarum: quæ pulsatur in sero: & post ipsum sonum non uendeat vel præsumat vendere nec uendi facere seu permittere uinum alicui, & si contrafecerit, condemnetur tabernarius in soldis decem tertiolorum qualibet uice, nec aliquem in ipsa taberna tenere, & si quis repertus fuerit stare in ipsa taberna, condemnetur similiter in soldis decem tertiolorum, & quilibet possit denuntiare, & accusare, & habeat medietatem condemnationis, & reliqua sit cõmunis, & credatur accusatori cum sacramento.

De Eodem. Stat. 438.

ITem Statuit commune Laudæ: quòd licitum sit cuilibet tabernario accipere: & retinere pignus proprium dantis pro vino: quod vendiderit a quacumque persona sibi voluntarie dare volenti, & aliter non.

¶Quod Tabernarij non teneant aquam vbi tenent. vinum. Stat. 439.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd nullus Tabernarius audeat vel præsumat tenere, nec teneri facere aquã in aliquo vase in Canepa vel bora in qua tenet vinũ quod uendatur ad minutũ: Sed extra Canepam & boram possit tenere pro lauando Cietos galeras & bochales: & qui contrafecerit: componat pro qualibet uice solidos quadraginta tertiolorum: & quilibet possit denuntiare uel accusare, & habeat medietatem banni: & reliqua sit communis, & credatur accusatori cum sacramento.

¶Quod Tabernarii non impediant stratas publicas de dischis vel banchis. Stat. 440.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd nullus ciuitatis & burgorum Laudæ uendens uinum ad minutum, audeat uel præsumat ponere, nec poni facere, nec tenere aliquod discum uel banchum uel storlam in uia publica uel in platea uel aliquod aliud, quod impediat uel per quod impediri possit uia publica uel platea, & quòd nullus debeat bibere: nec pro bibendo stare penes aliquem putheũ

existentem in ciuitate in via publica per duas citatas: & hoc vt decentius & honestius mulieres & honeste persone posint ire & redire per stratas publicas:& auriri facere de aquis putheorum; & si quis contrafecerit in aliquo casu casuum prædictorum condemnetur: si fuerit tabernarius filius famulus vel coadiutor tabernarij in soldis viginti tertiolorum,& si alia persona fuerit delinquẽs vt supra: condemnetur pro qualibet vice in soldis decem tertiolorum, & quilibet posit denuntiare & accusare, & habeat medietatem pœnæ,& alia medietas sit communis: & credatur accusatori cum Sacramento.

¶ Rubrica generalis Bechariorum, & eorum Sacramenti ne fraudem comittant in carnibus per eos vendendis.

¶ De Sacramento Bechariorum. Stat. 441.

ITem Statuit commune Laudæ, quod omnes & singuli Becharij ciuitatis burgorum & Episcopatus Laudæ teneantur & debeant semel in anno facere sacramentum infrascripti tenoris coram Potestate uel iudice uel officialibus ad victualia deputatis,& obseruare bene,Et fideliter omnia & singula in infrascripto sacramento cõtenta sub pœnis infrascriptis,& aliis contentis in statutis super hoc editis,& quilibet Becharius filius famulus vel coadiutor, qui infra dictum fecerit sacramentum: scribatur cum nominibus & cognominibus propriis in libro pręfati sacramenti: cuius quidẽ sacramenti tenor sequitur in hac forma: Ego a iuro ad sancta dei Euangelia tactis scripturis; quòd non emam,nec vendam:nec emi nec vendi faciam per me nec per alium carnes siue bestias amorbatas vel grami.

gramignosas uel morticiuas meas vel alterius: & si interrogatus fuero de carnibus cuius modi fuerint de porcho vel de porcha, Agnelo, vel capreto, Boue vel manzio, & sic de aliis carnibus dicam veritatem, & ego non faciam aliquã conuentionem cum aliquo de meo paratico, vel cum alio, vt non possim vendere, vel emere quantum voluero & potero, & quando & quantum & prout ordinatum fuerit per statuta & prouisiones communis Laudæ, & si Consul mei paratici fuero, non distringam aliquem de meo paratico quin vendere possit: & emere modo prædicto & si inuenero aliquem vendere, qui nõ fecerit hoc sacramentum, & quem sciuero facere, & cognouero facere seu fecisse contra prædicta infra tertiam diem Potestati vel iudici siue officialibus ad hoc deputatis manifestabo, & si contrafecero in aliquo casu casuum prædictorum, componam pro banno solidos quadraginta tertiolorum qualibet vice, & de prædictis quilibet possit accusare. Cuius banni medietas sit communis, & alia accusatoris, & non uendam nec vendi faciam carnes ad pensam nec tenebo pensam aliquam in Bechariis carnalibus nec alibi, in fraudem dicti statuti, & quæ non sit bona & iusta, & si contrafecero, componam pro banno solidos viginti tertiolorum, & quilibet possit denuntiare & accusare, & habeat medietatem banni, & reliqua sit cõmunis.

¶ De Carnibus morbosis & morticiuis non ducendis in Ciuitate Laudæ. Stat. 442.

ITem Statuit commune Laudæ: quòd nulla persona cuiuscunque condictionis & status existat: audeat vel præsumat ducere uel portare vel portari facere aliquas bestias morbosas

morbosas vel morticiuas in ciuitate Laudæ, nec vendere nec vendi facere, vel permittere, per se vel per alium carnes prædictas: sub pœna & banno librarum quinque terciolorum & quilibet possit denuntiare & accusare, & credatur sacramento denuntiantis & accusantis cum vno teste: & habeat medietatem pœnæ, & alia medietas sit communis: quod statutum potestas: postquam intrauerit in suo regimine facere preconizari in locis consuetis per ciuitatem & suburbia Laus de infra vnum mēsem teneatur & hoc statutum non habeat locum in bestiis & auibus saluaticis.

¶ De Carnibus non miscendis in banchis Bechariorum. Stat. 443.

ITem Statuit cōmune Laudæ, quòd Becharius vendens Carnes vel vendi faciens in Ciuitate & suburbiis Laudæ, non audeat nec præsumat tenere vel teneri facere: in bancho in quo & super quo carnes venderint simul vel mixtas, videlicet bouinas cum vitulis, & Castratinas cum pegorinis, & sic de cæteris, sed eas tenere debeant separatas, ita quòd de facili possint cognosci ab omnibus emere volentibus, & si quis contrafecerit: puniatur pro quolibet & qualibet vice in soldis decem terciolorum, & credatur sacramento denuntiantis uel accusantis cum vno teste fidedigno, & quilibet possit denuntiare & accusare, & habeat medietatem pœnæ, & reliqua sit communis.

¶ De Carnibus non sofisticandis & sofisticatis non tenendis. Stat. 444.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd nullus Becharius vendens carnes: vel vendi faciens, audeat vel præsumat sofisticare

ſofiſticare vel boſare vel carnes fulcire de aliqua pinguedi ne in aliqua beſtia aliquo caſu modo vel ingenio, vel ponere aliquod ſignum, vel infringere, ita quòd non appareat maſculus, vel fœmina, nec fœmina pro maſculo, nec ſchizare, nec tagliare aliquos Coionos, ita quòd moltoni videantur, & appareant caſtroni & porca videatur, vel appareat porcus, ſed dimittat quamlibet beſtiam in ſuo eſſe ſecundum ſuam materiam, & ſi quis contrafecerit, condemnetur qualibet vice in ſolidis 20. tertiolorum pro quolibet, & quilibet poſſit denuntiare vel accuſare, & habeat medietatem banni, & alia medietas ſit communis, & credatur ſacramento denuntiantis vel accuſantis cum vno teſte fidedigno.

¶De Carnibus in abſconſo non tenendis & emere volentibus dare debentibus. Stat. 445.

ITem ſtatuit commune Laudæ, quòd nullus becharius filius famulus vel coadiutor audeat uel præſumat tenere in abſconſo in domibus becharie ſue aliquas carnes venales, ſed eas teneat in publico, ita quòd uolentibus emere teneatur dare & uendere, nec excuſetur, ſi dixerit eas uendidiſſe, ſed præſumatur, quòd non ſint uendite, ſi eas habuerit in domibus becharie uel ſuper bancho, & ſi contrafecerit, puniatur pro quolibet & qualibet uice in ſolidis uiginti tertiolorum, & quilibet poſſit denuntiare uel accuſare, & habeat medietatem condemnationis & alia ſit communis, & credatur denuntianti uel accuſanti cum ſacramento & uno teſte fidedigno.

¶ De satisdationibus præstandis per beccarios. Stat. 446.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd quilibet Beccarius ciuitatis burgorũ & Episcopatus Laudæ, qui nunc est, & in futurum erit, exercens officium beccarie, teneatur & debeat semel in anno tantum satisdare notariis iudicis & officialium clausorum, de exercendo artem beccarie bene & legaliter, & de faciendo & tenendo carnes ad beccarias ad sufficientiam pulcras & sufficientes temporibus debitis, & de non faciendo contra vetita communis de arte sua, sub pœna librarum viginti tertiolorum, & nihilominus compellatur satisdare.

¶ Quod Beccarij ciuitatis burgorum & Episcopatus Laudæ teneantur vendere carnes pretio quo pro temporibus ordinatum fuerit cuilibet volenti emere. Stat. 447.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd beccarij filij famuli vel coadiutores ipsorum beccariorũ ciuitatis burgorum & Episcopatus Laudæ, teneantur & debeant cuilibet volenti emere carnes, vendere pro eo pretio seu pretiis quo vel quibus nunc est limitatum, vel fuerit in futurum, per commune Laudæ temporibus congruis & dare & vẽdere cuilibet in qualibet parte bestie seu carnium ipsius, & in tanta quantitate quanta emere voluerit emptor seu emptores vsque ad vnam libram, & hoc sub pœna & banno cuilibet famulo filio beccario & coadiutori soldorum decem tertiolorum cuius pœnæ medietas sit communis, & alia sit accusatoris, & credatur accusatori cùm sacramẽto & vno teste fidedigno.

¶Limitatio pretij Candelarum ſepi. Stat. 448.

ITem ſtatuit cõmune Laudæ, ꝙ beccarii nec aliquę alię perſonę vendentes candelas ſepi in ciuitate ſuburbiis vel Epiſcopatu Laudæ, non audeant nec pręſumant vendere candelas ſepi alicui emere volenti & ementi maiori pretio ſolidorum trium, & denariorum ſex tertiolorum pro qualibet libra, ſub pœna & banno cuilibet contrãfacienti ſolidorum decem tertiolorum prọ quolibet & qualibet vice auferendorum quorum medietas ſit communis, & alia medietas accuſatoris, & quilibet poſſit denuntiare vt ſupra & credatur accuſatori cum ſacramento & vno teſte fidedigno.

¶Quod becarij teneant ſingulariter per ſe caput cuiuſlibet beſtie, vt cognoſcatur cuius etatis fuerit. Stat. 449.

ITem ſtatuit commune Laudæ, quod quilibet becarius ciuitatis & burgorum Laudæ teneatur & debeat per ſe tenere & ſeparatim quodlibet caput beſtie cuiuſcunque condictionis exiſtat, quam occiderit vel occidi fecerit, ad vendendum publice ſuper bancum ſeu vbi tenent & tenere debent carnes venales, & illud non vendere donec carnes liquide iudicari & videre cuius modi etatis ſiue tẽporis fuerit dicta beſtia, & quilibet becarius interrogatus a quocunque volente emere carnes de tempore ſeu etate cuiuſlibet beſtie, teneatur ſibi dicere veritatẽ & ſibi oculata fide oſtendere veritatẽ ad dẽtes capitis illius beſtię, ſub pęna ſoldorũ 10. tert. totiens quotiẽs becarius filius famu

 lus

lus vel coadiutor talis becarij contrafecerit, qualibet vice, & teneatur becarius pro ipso filio famulo & coadiutore, & quilibet possit denuntiare & accusare, & habeat medietatem poenæ, & reliqua sit communis, & credatur accusatori vel denuntiatori secundum formam statuti positi sub rubrica de fide adhibenda, quod statutum non habeat locum in vitulis de lacte, nec in agnis, vel capretis.

¶ Quod omnes accusæ contra Becarios & inuentiones porrigantur seu dentur infra octo dies.

Stat. 450.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd accusæ, & denuntie, seu inuentiones, quæ fieri vel dari contigerint contra becarios dentur vel porrigantur infra octo dies a die delicti comissi cum declaratione diei qua delictum debuerit esse comissum, & aliter datę & factę, non ualeant ipso iure, nec super eis procedatur.

¶ Rubrica generalis Piscatorum & eorum ordinibus.

¶ De Sacramento Piscatorum.

Stat. 451.

ITem statuit commune Laudæ, quòd quilibet Piscator Ciuitatis burgorum & Episcopatus Laudæ, volens vendere pisces & piscari teneatur & debeat, facere sacramentum in infrascripti tenoris, semel in anno infra terminum cride fiende per iudicē seu officiales victualiū deputatos sub pœna cuilibet piscatori hoc sacramētum facere recusanti solidorum viginti terciolorū, & quilibet possit

denuntiare

denuntiare & accusare, & habeat medietatem accusæ, & alia sit communis, & credatur accusatori cum sacramento, & scribantur cum nominibus & cognominibus prout iurauerint iuxta forma infrascripti sacramenti, ego a iuro ad sancta Dei euangelia tactis scripturis quòd bona fide sine fraude piscabo secundum, quod sciuero, & potero, cum meis artificiis bene & sufficienter, & omnes pisces, & cancros, & cuiuslibet generis, & maneriei: quos prendidero, & habuero, portabo, siue portari faciam in ciuitate Laudæ in platea maiori ad vendendum, & eos vendam secundum formam statutorum communis Laudæ, super hoc formatorum, & non vendam, nec vẽdi permittam, aliquos pisces marzidos, vel putridos, nec faciam aliquam conuentionem cum aliquo piscatore de meo paratico, vel cum alio, vt non possim piscari, & pisces, & cancros vendere modo & forma prædictis tantum, & quando voluero, & potero, & si fuero Consul mei paratici non distringam aliquem de meo paratico, quin possit piscari, & pisces vendere, & eos in viuario non tenere, & si inuenero aliquem pisces vel cancros vendere contra formam dicti sacramenti & alia statuta super hoc ædita: qui non fecerit sacramentum, infra tertiam diem ipsum denuntiabo Potestati, siue Iudici, vel officialibus ad victualia deputatis, & sic per ordinem obseruabo omnia statuta super prædictis facta, prout in isto volumine continetur, & si contrafecero. Componam in quolibet casu casuum prædictorum vltra alias pœnas in dictis statutis appositas solidos quadraginta tertiolorum qualibet vice, & quilibet possit denuntiare vel accusare, & habeat medietatem cõdemnationis, & reliqua sit communis, & credatur accusatori cum sacramento.

¶ Quod nullus portet Pisces Laudæ, nisi per viam rectam veniendo versus Laudæ.
Stat. 452.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd nullus ciuitatis vel districtus Laudę, vel aliunde, audeat vel præsumat portare, vel portari facerę pisces vel cancros per districtū Laudæ, nisi per viam rectam solummodo veniendo versus Laudæ, pro vendendo ipsos pisces & cancros in plateą maiori Laudæ, & qui contrafecerit, condamnetur in solidis quadraginta tertiolorum qualibet vice, & in amissione prædictorum piscium & cancrorum, & quilibet possit denuntiare & accusare, & habeat medietatem condemnationis & dictorum piscium & cācrorum sic amissorum, & alia medietas sit communis, & quòd consules cuiuslibet loci: Castri, cassine, domus & ville, & communia, ipsorum locorum teneantur, & debeant denuntiare vel accusare, capere, & detinere, & in fortiam Potestatis & communis Laudæ quamlibet personam facientem cōtra prædicta si fuerit castrum, componat solidos centum tertiolorum, si fuerit locus vel cassina, domus uel uilla, solidos quadraginta tertiolorum pro quolibet & qualibet vice.

¶ Quod piscatores teneantur portare pisces in plateą maiori Laudæ ad uendendum. Stat. 453.

ITEM statuit commune Laudæ: quòd quilibet piscator filius famulus uel coadiutor, cuiuslibet piscatoris ciuitatis & districtus Laudæ, teneatur & debeat portare, & portari

portari facere omnes piſces, & cancros, quos piſchati fuerint, & habuerint ad ciuitatem Laudæ, & eos ſolummodo debeant vendere in platea communis Laudæ: & non alibi, & cum fuerint in dicta platea, non debeant eos portare, nec portari facere in dicta platea: donec venditi fuerint, & hoc ſub pœna & banno ſolidorum viginti tertiolorum pro quolibet & qualibet vice, & perdat piſces, & quilibet poſſit accuſare & denuntiare: & habeat medietatem condemnationis & dictorum piſcium, & reliqua ſit communis, & accuſatori credatur cum ſacramento.

¶ Quod quilibet piſcator teneatur conſignare piſces in platea maiori qualibet hebdomada quadrageſime, vt infra, Stat. 454.

ITem ſtatuit commune Laudæ, quòd quilibet piſcator ciuitatis & diſtrictus Laudæ, teneatur & debeat qualibet hebdomada quadrageſime conſignare in platea maiori Laudæ infraſcriptas quantitates piſcium videlicet quilibet, piſcator, qui piſcatus fuerit in lacubus, libras ſex, piſcium ad libram ontiarum viginti octo, & quilibet piſcator Abdue, libras octo piſcium ad prædictam libram, & quilibet piſcator Lambri, libras tres ad ſupraſcriptam libram & quilibet piſcator omittens conſignare ſupraſcriptas quantitates piſcium ſupraſcriptorum vt ſupra, cõdemnetur in ſoldis quadraginta tertiolorum, & eas quantitates ſecundum earum conſignationem ſingulis diebus hebdomade, prout conſignauerint, teneantur & debeant ſcribi facere per notarium Iudicis & officialium ad hoc deputatorum, & ipſi Iudices & officiales teneantur & debeant ſi hoc fuerit ei vel eis denuntiatum vel requiſitum, venire quolibet die quadrageſime ad videndum

ipsos pisces uinculo sacramenti, & dicti notarij nihil accipiant de dicta scriptura cōsignationis dictorum piscium: sub pœna remotionis ab officio dicte notarie.

¶De piscibus tenendis super Bancho. Stat. 455.

ITem Statuit commune Laudę: quòd quilibet piscator, filius famulus vel coadiutor ipsius piscatoris ciuitatis & districtus Laudæ teneatur & debeat tenere omnes pisces, quos habuerit ad vendendum: super bancho & non in Segiono vel cauagnatio; & eos & quemlibet eorum habere; & tenere diuisos & incisos, si fuerit pretij denariorum duodecim & abinde supra: & vendere teneantur & debeant tantum in medio plateæ maioris, exceptis diebus martis, & tempore pluuiali, & niuoso, si tempus esset tale: quòd nō possent ibidem comode comorari, & hoc sub pęna & banno soldorum viginti tertiolorū pro quolibet & qualibet vicet: & quilibet possit denūtiare & accusare, & habeat medietatem banni, & alia perueniat in commune Laudæ, & tempore pluuiali vel niuoso teneantur vēdere sub porticu pelizarie in medio dicte porticus.

¶De Reuenditoribus piscium. Stat. 456.

ITem Statuit commune Laudæ: quòd nulla persona ciuitatis Burgorum & districtus Laudæ, audeat vel præsumat emere in ciuitate Laudæ, vel Episcopatu, aliquos pisces pro reuendendo, & qui contrafecerit, componat pro banno pro quolibet & qualibet vice solidos quadraginta tertiolorum, & perdat pisces, & quilibet possit accusare & denuntiare, & habeat medietatem pœnæ & piscium

sic

ſic perdictorum, & reliq̃ua ſit communis, & credatur accuſatori cum ſacramento.

¶ De piſcibus non tenendis in abſconſo. 457.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd nullus piſcator nec aliqua alia perſona, vendens piſces cancros & piſciculos, audeat nec præſumat tenere in abſconſo in domibus ſupra plateam, nec alibi, nec portare in abſconſo ſub drapis, nec dare alicui eos, qui teneat in abſconſo, ſed quũ portauerit in platea, ibidem in conchis teneant in aperto & non in cauagnis nec ſaculis nec ſegionis, ſub pœna & banno ſolidorum decem tertiolorum & amiſsionis dictorum piſcium vel cancrorum ſeu extimationis eorum: ſi contrafecerit, & quilibet poſsit denũtiare vel accuſare: & habeat medietatem dicti banni & piſcium ſic perditorum, & alia medietas ſit communis & fides detur accuſatori vel denuntiatori cum ſacramento.

¶ Rubrica generali contra vendentes ad pondus numerum vel menſuram.

¶ De Sacramento omnium vendentium ad pondus numerum vel menſuram per eos præſtando. Stat. 458.

ITem Statuit commune Laudę, quòd quilibet vendens, vel vendere volens tam per ſe, quam per alium, aliquas res, quæ vendantur vel vendi poſſint ad pondus uel menſuram, teneantur & debeant facere ſacramentum infraſcripti tenoris ſemel in anno infra terminum cride inde fiende

neatur & debeat habere & tenere, ſecundum quòd ars cuiuſlibet requiſiuerit, menſuras debitas & iuſtas, & ſtateras libras: & medias libras, quertarias, & medias quarterias, onzias & medias onzias, & quartum & mediũ quartum, prout exigerit ordo ſue artis, videlicet ſi fuerit venditor bladi, habeat & habere debeat, ſtarios, minas, quartarios, & medios quartarios, ſi venditor drapi, lini, lane, vel fuſtanei habeat paſſos, ſi fuerit ſpetiarius & vẽditor caſei, carnium ſalatarum, olei, candellarum ſepi: & aliarũ quarumcunque rerum: quæ pondere poſtulantur, exceptis illis de quibus ſupra eſt vt permittitur ordinatum & habere debeant vt ſupra, ſtateras, libras, quartarias &c. Sic ꝙ quilibet exercens artes de quibus ſupra fit mentio, habeat ipſas ſuas menſuras, penſas & alia de quibus ſupra ordinatum eſt, ſigillatas ſeu bullata bullo communis Laudæ & teneantur ipſas ſtateras & penſas tenere ad eorum ſtationes in publico quilibet per ſe, & ad hoc compellantur per iudices ſeu officiales ad victualia deputatos, & ſi aliquis repertus fuerit facere contra prædicta vel aliquod prædictorum, puniatur qualibet vice in ſoldis viginti terciolorum, cuius pœnæ medietas ſit communis: & alia accuſatoris, & accuſatori credatur cum ſacramento, & iudices & officiales ad victualia deputati, teneantur ſaltem ſemel in hebdomada in ciuitate & ſuburbiis Laudæ, inquirere, & quoſlibet contrafacientes condemnare vt ſupra, & eas condemnationes exigere; & executioni mandare infra octo dies poſtquam tales delinquentes inuenerint vel ſibi denuntiati vel accuſati fuerint.

¶ Rubrica generalis de modis & ordinibus tenen-
dis in Ciuitate, & Burgis Laudæ.

¶ Quod Strate publice Ciuitatis & Burgorum Laudæ non teneantur impedite. Stat. 460.

ITem statuit commune Laudæ, quòd nulla persona ciuitatis & burgorum Laudæ cuiuscunque conditionis & status existat audeat vel præsumat impedire stratas publicas Ciuitatis & burgorum Laudę nec in eis aliquid ponere vel tenere, quòd impediat ipsas stratas, quo minus per eas possit libere quilibet ire & redire equester & pedester cum bestiis & plaustris oneratis, vel non, & qui contrafecerit præcedente monitione Iudicis vel officialium ad hoc deputatorum & ipsis admonitis termino elapso componat pro banno qualibet vice, solidos quinque terciolorum quotiescunque denuntiatis vel inuentus fuerit per dictos Iudicem vel officiales vel ab eis seu aliquo eorum fuerit requisitus, & teneatur ire & curare tales stratas impeditas, & impedientes facere amouere, & tale impedimentū a moueant, & si contrafecerint vel omisserint, eos condemnare teneantur vt supra.

¶ Quod quilibet ducens boues & plaustrum, uadat & eos ducat per carredicias tantum Ciuitatis, & Burgorum & non uadat super carris. Stat. 461.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd nullus bebulcus, uel aliqua alia persona cuiuscunq; conditionis existat, audeat vel præsumat ducere boues & plaustra uel carret-

tas

tas per Ciuitatem, & burgos Laudę, nisi per carredicias; & hoc nisi strate essent taliter impedite: quod non possent cum bobus & plaustris ire per carredicias, vel nisi causa dandi locum alteri bebulco cum bobus & plaustris pro incontro, & quòd nullus bebulcus vel alius cuiuscunq; conditionis, ducens boues & plaustrum siue carretam, audeat vel pręsumat stare super carro vel carreta per ciuitatem & burgos Laudæ, nec per pontes ciuitatis Laudæ vel burgorum, & qui contrafecerit in vtroque casu casuum prædictorum, condemnetur in solidis decem terriolorum, & quilibet possit denuntiare & accusare, & habeat medietatem banni, & credatur accusatori cum sacraméto & vno teste fidedigno.

¶ De rudere non tenendo in platea maiori Laudę, nec alibi in ciuitate & burgis Laudæ. Stat. 462.

ITem statuit commune Laudæ, quòd nullus habitans in ciuitate vel burgis Laudæ, audeat vel præsumat ponere vel poni facere, nec tenere in platea maiori communis Laudę, nec in stratis publicis, aliquod ruder, terratium, confecturas eorum, viuarias vel aliquod aliud turpe sine licentia iudicis vel officialium ad victualia deputatorum, quam licentiam idem Iudex & officialis teneatur facere scribi in libris eorum, & quòd non possint dare licentiam tenendi in ipsis stratis & platea rudera, terratium, viuatias, vel aliquod turpe, nisi per tres dies, & ipsis tribus diebus ellapsis si non expedierint vel exportauerint seu expediri vel exportari fecerint, seu duci ipsa rudera & alia p tales in stratis posita, condénetur qualibet vice in solidis decem terriolorum, & Iudex & officiales teneantur vinculo sacra-

menti

menti elapso termino dato petentibus ad prædicta, & quodlibet prædictorum contrafacientes punire, & condemnare vt supra.

¶ Quod nullus proiiciat spazaturas aquam immondam, vel aliud de salariis in platea nec stratis. Stat. 463.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd nulla persona cuiuscunque conditionis existat habitans in ciuitate, & burgis Laudæ, audeat vel præsumat proiicere, nec proiici facere, vel permittere de solariis suis, balconibus, & fenestris solariorum vel lobiarum uel domibus aliquam spatiaturam, aquam immondam vel aliquod aliud turpe in platea maiori Laudę, nec in stratis publicis, & qui contrafecerit, condemnetur qualibet vice, si deiiecerit de partibus superioribus in solidis decem tertiolorum, & si de infra, in solidis quinque tertiolorum, ad cuius pœnæ solutionem teneatur Dominus siue habitator illius domus, de qua talia immonda fuerint de partibus superioribus proiecta, & si plures fuerint familie in ipsa domo, iudex teneatur inquirere, ex cuius parte dicte domus talia immonda fuerint proiecta, & condemnetur dominus siue habitator repertus, ex cuius parte proiectum fuerit, & si non constaret ex cuius parte sit proiectum, tunc teneantur omnes habitantes in domo, ad pœnam pędictam, & quilibet denuntiare & accusare, & habeat medietatem banni, & reliqua sit communis, & credatur accusatori cũ sacramento.

Quod

¶ Quod nulla porticus ciuitatis & burgorum Laudæ teneatur impedita. Stat. 464.

ITem ſtatuit commune Laudæ, quòd quælibet perſona ciuitatis & burgorum Laudæ, habens ſiue tenens aliquam porticum in ciuitate & burgis Laudæ in platea maiori & alibi, teneatur & debeat ipſas porticus tenere expeditas & nihil in eis vel ſub eis ponere, vel tenere, niſi vnũ bancum amplum vno brachio cauſa ſedendi ſuper dicto banco, quod bancum ſit poſitum iuxta murum, ſic quòd non impediat volentes ire & redire per dictas porticas, & qui contrafecerit, componat pro banno qualibet vice ſolidos decem tertiolorum, & quilibet poſſit denuntiare, & accuſare, & habeat medietatem banni, & hoc ſtatutum non vendicet ſibi locum in vendentibus bladum, & alia victualia ſub porticubus plateæ tempore pluuiali, vel niuoſo nec in fabricis, aurificibus, nec in aliis artificibus.

¶ De equis non currendis per ciuitatem nec in ſuburbiis Laudæ. Stat. 465.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd nulla perſona cuiuſcunque conditionis exiſtat, audeat vel præſumat currere nec curri permittere, & facere aliquem equum vel equam in platea nec per plateam maiorē Laudæ, nec per ſtratas publicas ciuitatis & burgorum, niſi ex cauſa neceſſitatis, quæ neceſſitas intelligatur tantum in hiis quæ expediuerint ad officium domini poteſtatis in Laudæ, pro honore Illuſtrisſimi Principis & Magnifici & Excellentiſſimi domini domini noſtri, & ſi quis contrafecerit, com-

ponat pro banno qualibet vice solidos quadraginta tertiolorum pro quolibet.

¶De conigiis & clauicis coperiendis. Stat. 466.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd omnes claues & conigii, quæ & qui sint extra muros domorum & sediminum ciuitatis & burgorum Laudæ, in viis publicis, debeant coperiri & coperte & coperti teneri, videlicet clauice per vicinos & eius vicinia: cuius fuerint & conigij, per illos quorum sunt, vel qui eis vtuntur, & teneantur coperti illi conigii, si non transierint per porticum copertã; saltem per mediam zitatam extra murum, & si per porticum transierint, teneantur per totum spatium porticus & vltra ad carrediciam, & si quis contrafecerit: condemnetur, si fuerit vicinantia vel homines vicinantie pro qualibet clauica non coperta in solidis viginti tertiolorum, & si singularis persona pro quolibet conigio in solidis decem tertiolorum pro qualibet vice.

¶De venditoribus herbas & poros super platea. Stat. 467.

ITem Statuit commune Laudę, quòd herbaroli non debeant balneare herbas, quas portauerint super platea ad vendendum: & quòd non teneant herbas nec poros in absconso, sed eos & eas in publico debeant tenere, vt quilibet possit videre & merchari, vt voluerit, sub pœna in vtroque casu casuum prædictorum solidorum decem tertiolorum, & quilibet possit denuntiare & accusare, & habeat medietatem pęnæ, & reliqua sit communis, & credatur accusatori cum sacramento.

De¶

De modis quadernorum madonorum & cuporum fiendis ad mensuram Laudæ. Stat. 468.

ITem statuit commune Laudæ, quòd quilibet fornaserius ciuitatis & districtus Laudæ, teneatur facere, & fieri facere quadrinos, cupos & madonos ad mensurā & ad ordinem datum per commune Laudæ existentem ad cameram armarii dicti communis, & qui contrafecerit, & fieri permiserit, per laboratores vel coadiutores, condemnetur qualibet vice & pro qualibet fornasata in libris tribus tertiolorum, & quilibet possit denuntiare & accusare, & habeat medietatem condemnationis, & reliqua sit communis, & officiales ad hoc deputati teneantur inquirere, procedere & condemnare, & credatur accusatori cum iuramento ipsius & vno teste fidedigno.

¶De Reuenditoribus pullorum & ouorum. Stat. 469.

ITem statuit commune Laudę, quòd nullus reuenditor pullorum & ouorum cuiuscunque generis, & aliarum auium & saluacinarum, audeat vel præsumat, emere, nec emi facere, in platea maiori cōmunis Laudæ, pullos, oua, nec aliquas alias aues vel saluaticinas, quæ portantur ad vendendum in platea prædicta a mane vsque ad horam none, & qui contrafecerit, condemnetur qualibet vice in solidis decem tertiolorum, & quilibet possit denuntiare & accusare, & habeat medietatem pœne, & reliqua sit communis, & credatur accusatori cum sacramento.

S Quod

¶ Quod ſapientes: qui nunc ſunt,& pro temporibus fuerint, non poſint, aliquid ordinare, quod ſit contra ſtatuta ſupraſcripta, & infraſcripta.
Stat. 470.

ITem Statuit commune Laudæ, ꝙ ſapientes communis Laudę,qui nunc ſunt,& pro temporibus fuerint nõ poſſint, nec eis liceat, prouidere nec reformare aliquid, quod ſit contra ſupraſcripta ſtatuta & infraſcripta, vel aliquod eorum ſine conſilio generali communis Laudæ, & ipſius conſcenſu.

¶ Quod nullus Becharius, Preſtinarius, Mulinarius & Tabernarius poſſit eſſe officialis vel Notarius ad officium Clauſorum. Stat. 471.

ITem Statuit Commune Laudæ, ꝙ nullus Becharius, Preſtinarius Mulinarius,& Tabernarius, exercens, vel exerceri faciens artem poſſit nec debeat eſſe officialis uel Notarius ad officium clauſorum Communis Laudæ, ſub pœna librarum vigintiquinque tertiolorum quotiens cõtrafactum fuerit.

¶ De Banno anſerum. Stat. 472.

ITem Statuit Commune Laudæ, ꝙ ſi quis anſer vel pauarus repertus fuerit dare damnum in terris alienis, cõponat, ille cuius fuerit, denarios ſex imperialium pro quolibet anſere & pro quolibet pauaro.

Quod

¶ Quod nullus vadat per vites: quando fuerint tensæ, nec blauam, nec melium, nec mellicam.

Stat. 473.

ITem statuit commune Laudæ, quòd nullus audeat de cetero ire per uites, ex quo fuerint tense, nec per campos imblauatos, nec per milium nec milicam, ortos, vel ronchos seminatos, & qui contrafecerit, componat pro banno denarios sex imperialium pro qualibet vice, a Kalendis Martij inantea vsque ad sanctum Michaelem, & si quis inuentus fuerit damnum facere, componat pro banno solidos duos imperialium si vero inuētus fuerit super arborem aliquam portantem fructum, componat pro banno solidos tres imperialium, & si inuentus fuerit sub arbore, componat pro banno solidos duos imperialium, & si inuentus fuerit accipere vuas vsque ad sex. Componat pro banno solidos duos Imperialium, & si de nocte inuentus fuerit, duplicentur banna prædicta, si vero in suburbiis habitauerit, soluat duplum, & si inuentus fuerit accipere ligna vel fenum vel herbas orti, componat pro banno solidos tres imperialium de die, & in duplum de nocte, & si camparius inuentus fuerit dare uuam aliquam alicui uel portare aliquā per se uel submissam personam uel familiam suam: componat pro banno solidos quinque imperialium & si porta uel ferralia uel eleuatura aliqua ferri apposite in illis portis furtiue abbate fuerint, quod camparij teneantur restituere, si non poterint inuenire, qui abstulissent & teneantur camparij iacere in custodia sua extra ciuitatem a Kalendis Iulij usque ad Kalendas Octobris.

¶ Quod forenses dantes damnum possint pignorari, Stat. 474.

ITem statuit commune Laudæ, quod consules locorũ Episcopatus Laudę, & camparij ipsorum locorum & clausorum impune possint pignorare quẽlibet forensem dantem damnum in territorijs, curtibus ipsorum locorum, & pignora consignare teneantur domino Potestati Laudę vel vni ex iudicibus suis ad hoc deputatis infra tertiam diem, sub pœna solidorum centum imperialium.

¶ Quod nullus accusatus condemnetur, etiam si nullam fecerit contradictionem, nisi accusa fuerit probata. Stat. 475.

ITem statuit commune Laudæ, quòd nullus accusatus vel denuntiatus pro damnis datis vel dandis, possit nec debeat condemnari, etiam si nullam fecerit contradictionem vel defensionem, nisi accusator vel denuntiator accusam vel denuntiam probauerit, vel verificauerit secundum formam iuris; vel secundum formam statutorum, & ordinum communis Laudæ.

¶ Quod potestas teneatur infra vnum mensem absoluere vel condemnare accusatos pro damnis datis. Stat. 476.

ITem Statuit commune Laudæ, quòd Potestas teneantur infra vnum mẽsem ellapsis terminis probationum, absoluere vel condemnare quemlibet accusatum vel denuntiatum pro damnis datis & eas condemnationes, vel absolutiones legi facere in publica contione sub pœna librarum 25. imperialium auferendarum ab ipso domino Potestate, toties quoties cõtrafecerit vel pdicta facere omiserit, & quod ipse D. Potestas in vltimis quindecim diebus

sui

sui regiminis non possit facere aliquam absolutionem de aliquo processu, sed suo successori reseruare teneatur.

¶Sacramentum mensuratorum vini. Stat. 477.

EGo a iuro ad sancta dei Euangelia, quòd iuste, & bona fide sine fraude, mensurabo vinum ad illam mensurã: quæ mihi consignata & ordinata fuerit pro communi & quòd vtrique parti venditori & emptori, dabo suam rationem, nec furtum faciam, de eo vino, nec fieri conscentiam aliquo modo, nec permittam, & si sciuero aliquem furtum vel fraudem fecisse de eo vino Potestati vel eius misso infra tertiam diem manifestabo, & non accipiam pro mensuratura Carri vini, nisi denarios duos imperialium ab vtraque parte, & non dabo pro benedictione nisi napum vnum, & non mensurabo vinum cum aliquo, qui non fecerit hoc sacramentum infra tertiam diẽ me sciente, & illas mensuras vini, quas consignare debuero bona fide sine fraude consignabo, nec fraudem comitmittam, nec fieri permittam, & si sciuero, & ellectus fuero mantea ad inueniendum illos, qui fraude mensuram falsificauerint bona fide sine fraude iustabo, vt inueniam & inuentum Potestati manifestabo, & hoc sub pœna solidorũ viginti imperialiũ qualibet vice, qua cõtrafecero.

¶Sacramentum mensuratorum blauę. Stat. 478.

EGo iuro ad sancta dei Euangelia, quòd bona fide sine fraude mensurabo totam illam blauam & legumina, quæ mensurare debuero ad iustam mensuram, nec furtum inde fatiam, nec fieri permittam me sciente, & si sciuero aliquem contra hoc facere, bona fide sine fraude

Poteſtati vel eius miſſo infra tertiam diem manifeſtabo: & ſi interogatus fuero: quantum mẽſurauerim: & quot portatas portauerim: veritatem dicam: & ſi contrafecero: componam pro banno cõmuni Laudæ ſolidos quinque imperialium pro quolibet vice.

¶Qualiter pannus lane debeat menſurari. Stat. 479.

STatuimus, quòd Drapus lane debeat menſurari ad iuſtam menſuram paſſi: quo vtitur in ciuitate Laudæ:& quælibet perſona vendens: vel vendere volens drapum lane vel lini: vel pignolatum, debeat habere & tenere iuſtum paſſum:& quæ contrafecerit, componat pro banno qualibet vice ſolidos decem imperialium:& debeat menſurare per ſpigolium & non per crinoſam tenendo polegium ante paſſum: ita quòd non tiret drapum nec pignolatum,& hoc teneantur obſeruare draparij,& venditorès pignolati & drapi lini ſub pœna & banno ſolidorum viginti imperialium,& quilibet poſſit notificare, & habeat medietatem banni:& credatur accuſatori cum ſacramento & vno teſte fidedigno.

¶Quod Poteſtas Laudæ faciat Cridari, quòd vendentes ad penſam debeant adequare penſas & ſtarios.
Stat. 480.

STatuimus & ordinauimus, quòd Poteſtas Laudæ & eius iudices & milites: teneantur facere Cridari infra octo dies ſui regiminis, quòd omnes Beccarii, & formagiarii & alij vendentes ad penſam ad paſſum & ad ſtarium & ad aliquam aliã menſurã, teneantur infra quindecim

cim dies eas facere adequari in pęna solidorum quinque imperialium cuilibet, qui non reperiretur seruasse predicta qualibet vice.

¶Quod nullus accipiat de terra terraliorum. Stat. 481.

STatuimus, quòd nullus debeat nec possit accipere, nec accepi facere de terra terraliorum ciuitatis nec burgorum, nec circharum intus nec foris, & si quis contrafecerit, condemnetur in solidis centum imperialium pro qualibet vice, & eandem pœnam incurrant, laboratores & bebulci, & hoc exequi teneantur iudices qui pręsunt & præerunt ad officium clausorum.

¶Quod non laboretur diebus dominicis nec festiuis. Stat. 482.

STatuimus, quòd nullus homo ciuitatis & districtus Laudæ, debeat laborare in diebus dominicis & apostolorum & in festis principalibus, & qui contrafecerit. Componatur pro banno solidos quinq; imperialium pro qualibet vice, saluo quòd victualie possint trahi illis diebus impune ad ciuitatem Laudæ, & nullus teneat stationem apertam illis diebus sub eodem bāno, & quilibet sit accusator, & habeat medietatem banni, & celebretur diligenter, & fiat festum ante festum sancti Bassiani per tres dies, & post totidem & sint ferie ad honorem Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, & beati Confessoris Bassiani, & nulla persona ciuitatis & districtus Laudæ, laboret vel laborari faciat, vel permittat in agro suo vel vinea sua, seu in aliquo suo opere alio, quod neutro possit iudicari opus

ſeruile, nec conducere, nec conduci facere ad ciuitatem Laude nec ad villam, vel iūgere aliquos boues, vel aliqua victualia, ſeu ligna, vel merchationes ſeu alia onera, & ꝙ nullus artifex cuiuſcunque artis & ſtatus exiſtat operetur in arte ſua, nec vendat, nec emat blauam ligna, vel aliud præter carnes, panem, & vinū, nec feneſtram ſeu aliquod hoſtium alicuius domus, nec hoſtium per quod intretur, in qua reponuntur res venales, teneatur apertum, niſi habitetur cum familia in diebus dominicis remanentibus aliis ſtatutis loquentibus de feſtis principalibus & aliis feſtis in ſuo eſſe, & qui contrafecerit, componat pro banno ſolidis uiginti tertiolorum, & de prædictis poſſit inquirere dominus poteſtas & officiales clauſorum, & quilibet per ſe, & quod fiat incantum in die Sabbati & in die martis, ſaluo, quòd ſe non extendat hoc ſtatutum ad vendendum medicinas & ſpeciarias piſces, vinum, herbas, frutus olera, & alia comeſtibilia prædictis diebus nec contra ementes ab eis, nec cōtra campſores ſtantes in ſtationibus ſuis, & etiam contra iniungentes boues & beſtias, & conducentes plauſtra vacua vel pōderata, tempore meſſium vel vindemiarum.

¶Quod plauſtra & rudera in ſtratis teneantur longe a muris per brachia duo. Stat. 483.

STatuimus, quòd omnes bebulci Ciuitatis Laudæ, & alie perſone habentes plauſtrum, teneantur tenere eorum plauſtra longe a muris per brachia duo, vt vie ſint libere & expedire idem intelligatur de rudere pœna & banno ſolidorum quinque tertiolorum, de quibus poſſint etiam inquirere officiales clauſorum.

Quod

¶ Quod portichus ſint tales, quòd posſit ſubtus iri equeſter. Stat. 484.

STatuimus, quòd quælibet perſona habens porticum, vel quæ fecerit fieri, debeat habere talem ſub qua posſit iri equeſter, & qui contrafecerit, condemnetur qualibet vice in ſolidis viginti imperialium.

¶ Quod platea & meioriua nec aliud ſtramen prohiiciatur in viis. Stat. 485.

STatuimus, quòd nullus prohiiciat nec prohiicere debeat nec habeat per medium ſuam domum, paleam meioriuam nec ariuium, nec aliud ſtramen in plateis viis nec ſtratis, vnde fiat ruder, néc in ciuitate, & qui contrafecerit, condemnetur in ſolidis quinque imperialium, & teneantur vicini & vicinia, vbi hoc faciat denuntiare poteſtati, alioquin condemnetur in ſolidis decem imperialiũ & quilibet ſit accuſator, & habeat medietatem banni.

¶ Quod nullus teneat palum in viis. Stat. 486.

STatuimus, quòd nulla perſona ciuitatis Laudæ, teneat vel habeat aliquod palum in viis publicis & qui tenuerit vel habuerit, condemnetur in ſolidis decem tertiolorum, & quilibet posſit accuſare, & habeat medietatẽ bãni.

¶ Quod Pelizarij non prohiiciant aquam de molticiis in viis. Stat. 487.

STatuimus, quòd aliquis Pilizarius ciuitatis Laudæ nõ debeat prohiicere, nec prohiici facere, nec permittere

aliquam

aliquam lauaturam pellium de molticiis in ſtratis nec in viis ciuitatis Laudę & qui contrafecerit, ſoluat pro banno communi Laudæ ſolidos quinque imperialium pro qualibet vice, & quilibet ſit accuſator, & habeat medietatem banni, idem intelligatur de illis qui faciunt Cartas, & ſuperſtantes ciuitatis & burgorum teneantur denuntiare & accuſare domino Poteſtati, & ſi contrafecerint vel omiſerint, condemnetur in ſolidis viginti imperialium ſinguli ſuperſtantes.

¶Quod Magiſtri à muro & lignamine laborent ab ortu ſolis vſque ad occaſum, & quòd laboratores non vadant in platea poſtquam locauerint operas ſuas. Stat. 488.

STatuimus, quòd magiſtri de muro & legnamine & eorum laboratores ſi ſuas operas locauerint ad laborandum incipiant & incipere debeant in ortu ſolis, & diſcedere a dicte opere, ſolummodo in occaſu ſolis, nec ire debeant ad marendandum a Sancto Michaele vſque ad feſtum Paſcatis reſurrectionis domini pœna & banno ſoldorum viginti tertiolorum pro quolibet & qualibet vice, & quilibet posſit accuſare, & habeat medietatem banni, & quòd nullus laborator debeat ire in platea, quæ locauerit operas ſu as ſub pœna prædicta.

¶ Quod habentes facere iuxta clauicas, teneantur tenere remondatum per medium ſuum. Stat. 489.

STatuimus, quod omnes & ſinguli habentes facere iuxta aliquas clauicas Ciuitatis & burgorum Laudæ, teneantur & debeant de ante ſuum retinere ipſas clauicas

remondatas vt aque libere decurrere posſint:& ad prædi. cta teneantur omnes quos tangit pęna & banno ſolidorum centum imperialium pro qualibet vice cuilibet con trafacienti:& quilibet poſſit accuſare,& habeat medietatem banni.

¶Quod clauicha de Sancto Blaſio & Sancto Thoma aptetur. Stat. 490.

STatuimus & ordinauimus,quòd præſens poteſtas:vel qui pro temporibus fuerit:teneatur compellere omnem perſonam habentem facere ſuper clauicam : quæ eſt in ipſa vicinia:& quæ vadit inter illas de Sancto Blaſio & Sancto Thoma & extendit vſque ad ſiluam gregam re mondare,& remõdatam tenere & quilibet per medium ſuum expenſis dictorum vicinorum.

¶Quod nulla perſona audeat plantare aliquas plantas in aliquo foſſato communis nec in rippa ipſius. Stat. 491.

STatuimus & ordinauimus, quòd aliqua perſona non audeat vel præſumat plantare : nec plantari facere aliquas plantas vel arbores in aliquo foſſato communis:nec in ripa ipſius foſſati verſus ſtratam : & ſi quis plantauerit: vel plantatas habuerit:teneatur eas extirpare hinc ad Sanctum Petrum,& hoc ſtatutum habeat locum per tria miliaria prope ciuitatem Laudæ:& hoc intelligatur in foſſatis ſtratarum magiſtrarum tantum.

Rubrica

¶ Rubrica generalis de ordine procedendi in criminalibus.

De accuſationibus & denuntiationibus. Stat. 492.

IN omnibus criminalibus ſeu maleficiis in quibus accuſator ſeu denuntiator apparuerit, nõ aliter procedatur, niſi accuſator vel denuntiator in ſcriptis dederit accuſam vel denuntiam in qua contineatur nomen & cognomẽ accuſati vel denuntiati, & annos & menſis commisſi criminis, & locis, in quo dicatur maleficium fore commiſſum, & teſtes, & niſi per accuſatorem vel denuntiatorem iuratum fuerit accuſam vel denuntiam veram eſſe, & niſi accuſator vel denuntiator idoneæ ſatiſdederit de proſequenda accuſa ſeu denuntiatione vſq; ad finem, & de ſoluendo omnem condemnationem, quæ fieret de ipſo accuſatore ſeu denuntiatore, ſi ille denuntiatus vel accuſatus non fuerit condemnatus, de quibus expenſis ſtetur ſacramento accuſati uel denuntiati facta per Iudicem taxatione legittima, ſaluo quòd quo ad ſatiſdationem pręſtandam per accuſatorem vel denuntiatorem cum fideiuſſore non habeat locum hoc ſtatutum in perſonis quæ iurauerint propter eorum paupertatem fideiuſſorem inuenire non poſſe, ſaluo & quòd in accuſationibus ſeu denuntiationibus & in inquiſitionibus carte falſe, uel falſe monete, uel tonſę, uel alterius falſitatis non teneatur quis ponere locum, mẽſem, neç annum, quod autem dictum eſt de nomine & cognomine accuſati uel denuntiati non habeat locum ſi accuſator vel denuntiator ſit foraſterius, vel uagabundus, uel niſi denuntiator uel accuſator iurauerit

uerit se nescire eum accusatum vel denũtiatum aliud nomen vel cognomen habere, in casu vero vbi quis accusaret vel denuntiaret aliquem de crimine ex quo pœna sanguinis vel personę venit imponenda, si non prosequatur suam vel suorum iniuriam teneatur satisdare Idoneæ de prosequenda accusa vel denuntia vt supra, aut personaliter se captum constituerit in carceribus communis Laudæ in quibus detineatur, donec soluerit, omnem condẽnationem quæ fieret de eo, occasione alicuius accusæ vel denuntiationis, & restituerit omnes expensas factas per accusatum seu denuntiatum vt supra, vbi vero quis suam vel suorum iniuriam prosequeretur in crimine, ex quo sanguinis pœna ingeratur, qui fideiussorem dare non possit & hoc iurauerit vt supra, non teneatur se captum constituere personaliter,

¶ In quibus casibus potest procedi per officium. Stat. 493.

STatutum & ordinatum est, quòd in omnibus maleficiis vel delictis ex quibus sanguinis vel personæ venit imponenda, & in omnibus aliis comissis & perpetratis tempore regiminis Potestatis vel Rectoris & ante per mẽses sex, ex quibus aliqua applicanda communi veniat imponenda, liceat & licitum sit Potestati, & Iudicibus eius maleficiorum inquirere, & per officium procedere.

¶ Quod procedi possit per officium contra nominatos per malefactores. Stat. 494.

STatutum & ordinatum est, quòd Potestas seu eius iudices maleficiorum procedere ex officio possunt contra

contra nominatos seu calumniatos per malefactores, & sine accusatore vel denuntiatore per illum seu illos, qui condemnati fuerint ad mortem, qui confessi essent aliquem esse vel fuisse socium vel participem illius maleficii de quo puniatur, vel receptatorem scienter rerum robatarum vel furatarum, pro quibus ipse puniatur. Et hoc si nominans perseuerauerit in dicto uel calumnia vsque ad horam vltimi suplitij, si perseuerat vel perseuerare vult in nominatione vel calumniatione & responsione eiusdem siue negatiua siue affirmatiua, & prout fuerit, iudex potest instrumentum reddigere & ponere in fine processus ipsius condemnati in libro officij maleficiorum.

¶ Qualiter requisitio seu citatio fieri debeat.
Stat. 495.

QVod in citatione delinquentes ponatur in scriptis nomen & cognomen citati, & maleficium seu delictum: & qualitas delicti, & persona, cum eius nomine & cognomine, in cuius personam delictum est comissum, & locus, & tēpus delicti, & ex parte cuius iudicis citatio fiat & similiter fiat, & seruetur in banno, quæ citatio debet portari in scriptis per correrium, & dimitti personaliter, vel ad domum habitationis, in qua tunc habitabat cū eius familia, seu habitare consueuit, in presentia duorum testium, qui cognoscant dictum citatum, quæ omnia correrius scribi faciat in relatione, & diem qua requisiuerit: sub pœna solidorum quinquaginta imperialium, in qua citatione terminus competens citato assignetur per correrium comparendi.

Quod

¶ Quod in dilatione seu termino non computetur dies termini. Stat. 496.

IN Qualibet dilatione seu termino hominis vel iuris, in qua seu in quo occurreret pluralitas dierum integrorum vel inceptorum dies termini uel dilationis non cõputetur in termino siue dilatione, ea tamen die, qua statuitur ab homine vel a iure terminus siue dilatio possint agitari contenta in ipsa dilatione seu termino, & prædicta locum habeant tam in Ciuili quam in Criminali.

¶ Quod vltima dies termini siue dilationis non computetur in termino. Stat. 497.

SI aliquis callumniatus fuerit vel accusatus vel contra eum per officium occasione alicuius maleficii, vnde ingeratur pœna sanguinis, procedatur, & ea occasione inquisitus fuerit, teneatur venire corã illo iudice cuius præcepto requisitus fuerit personaliter & non per procuratorem per quem procuratoré nulla exceptio per quam impediatur processus valeat opponi, Sed salius suis exceptionibus veniat, & postquam venerit, possit vti omnibus suis iuribus & exceptionibus.

¶ Quod nullus satisdans ydoneæ detineatur. Stat. 498.

NVllus occasione alicuius maleficij, ex quo non ingeratur pœna sanguinis, detineatur. Si paratus fuerit præstare ydoneam satisdationem, & intelligatur satisdatio esse ydonea si fiat de tanta quantitate seu extimatione rei,

rei, de qua seu quanta posſit condemnari, ſi probatum eſſet maleficium.

¶Si pendente inquiſitione ſuperuenerit accuſator. Stat. 499.

SI Paſſus iniuriam, vel aliquis ex aſcendentibus vel deſcendentibus, vel ex latere venientibus tam ex maſculino genere, quam ex fœminino ſexu, vſq; ad quartum gradum, vel vir, vel vxor, vel ſocer, vel gener, paſſi iniuriã comparuerit coram Poteſtate vel Iudice maleficiorum: defferens accuſam, ſimiliter ante, abſolutionem vel condemnationem factam per officium, audiatur, & per Poteſtatem & Iudicem maleficiorum procedatur, vel ſuper accuſa, vel ſuper inquiſitione, prout dicto Poteſtati vel Iudici melius videbitur, & facilius ſibi fuerit, veritatem cõtra delinquentem reperire, & ipſum de commisſis punire & facta condemnatione, vel abſolutione ſuper accuſa, vlterius non procedatur ſuper inquiſitione, & è conuerſo.

¶Quod Capitula intelligantur admiſſa. Stat. 500.

SI quis dare voluerit capitula ad probandum, ſiue ad defenſam, ſiue ad offenſam, teneatur Iudex ea admittere, & admiſſa intelligantur ipſo iure, ſaluo iure impertinentium, & non admittendorũ tempore diſputationis.

¶De teſtibus diligenter interrogandis Stat. 501.

TEneatur Iudex, vbicunque contingeret eum recipere teſtes, vel teſtem, deligenter interrogare teſtes de veritate negotij, & loco, & tempore, & quibus pręſentibus, &

bus,& aliis circunstantiis, sub pœna librarum duodecim & medie imperialium.

¶ Nullus corporaliter puniatur, nisi lege municipali, caueatur Stat. 502.

NVllus corporaliter puniatur, nisi lege municipali caueatur, sed alias puniatur pecunialiter arbitrio Potestatis, inspectis conditione persone, & qualitate delicti, & intelligatur lege municipali cautum, de puniendo quę pœna corporali, vbi etiam lege municipali cautum sit, de puniendo arbitrio Potestatis quem in auere & persona, & etiam vbi dictum sit per hæc verba in auere & persona.

¶ De deffensione competenti danda ante condemnationem. Stat. 503.

POtestas & eius Iudices nec aliquis alius magistratus exercens iurisdictionem, non possit nec debeat aliquem criminaliter condemnare aliqua occasione, nisi prius data defensione competenti, quę non sit minor triũ dierum, vel eo personaliter citato, vel ad domum, secundum qualitatem & magnitudinem negotij illius, quem condemnare voluerit, quæ defensio reperiatur descripta in actis, & si qua condemnatio criminalis facta fuerit nõ data defensione competenti vt supra; non valeat, nec teneat, nec exigi possit, sed ipso iure nulla sit, quod statutũ non habeat locum in condemnationibus, quæ fient super banno seu bannis. Cui defensioni per accusatum seu denuntiatum renuntiari non possit.

T Qualiter

¶ Qualiter condemnationes fiant pure & non sub condictione. Stat. 504.

OMnes condemnationes criminales fiant pure, & nõ sub condictione, & aliter factæ non valeãt, nec exigi possint, nisi aliter lege municipali cautum reperiatur, seu aliter arbitrium super hoc foret concessum, & prædicta non intelligantur de condemnationibus, quæ fierent super bannis.

¶ A quibus sententiis criminalibus non potest appellari. Stat. 505.

NOn possit appellari de aliqua sententia seu sententiis latis in causis criminalibus, criminaliter decisis.

¶ Quod bannitus soluta condemnatione canzelletur de banno. Stat. 506.

SI quis fuerit bannitus & condemnatus ex aliquo delicto, vnde non ingeratur pœna sanguinis, quòd ipso soluente & satisfaciente dictam condemnationem exhimatur & canzelletur de dictis condemnatione, & banno & si fuerit bannitus tantum, & non condemnatus, ipso soluente id quod soluere deberet, si condemnatus fuisset secundum formam statutorum, canzelletur de ipso banno, & vlterius non procedatur ad aliquam cõdemnationem, quę canzellationes fiant, & fieri possint, per notariũ maleficiorum vel per notarium præsidentem ad dictum officium, ostensa tamen prius confessione solutionis.

Quod

¶Quod in condemnationibus ponatur nomen & cognomen condemnati, & patris, & fideiussoris.
Stat. 507.

IN qualibet condemnatione criminali, quæ decetero fiet per Potestatem vel aliquem iusdicentem, debeat scribi nomen & cognomen condemnati, & patris eius, & fideiussoris, & contrafaciens condemnetur in libris duodecim & media imperialium qualibet vice, & vltra condemnans teneatur conseruare commune indemne occasione illius condemnationis, quæ non habeant locum in forasteriis, nec in illis, quibus iudices inuestigauerint, & scire non poterint.

¶Quod processus & condemnationes possint fieri, licet nomen & cognomen rei non sit in eisdem.
Stat. 508.

ACcusationes, Inquisitiones, processus, & condemnationes fieri possint de forasterijs, & contra ipsos, licet nomen & cognomen ipsius rei non sit in eisdem accusationibus, Inquisitionibus, processibus & condemnationibus, vel aliquo eorum, dummodo constet de corpore eius, quæ inculpatur de malleficio.

¶Quod spoliatus restituatur ad possessionem in qua erat tempore spoliationis. Stat. 509.

QVicunque spoliatus, restituatur in ea possessione, vel quasi, in qua erat tempore spoliationis summarie, & sine strepitu, & figura iuditij.

¶De declaratione certorum verborum in causis Criminalibus. Stat. 510.

SI in accusa, denuntiationem, vel aliqua alia scriptura criminali petatur, siue dicatur, aliquem debere condemnari, vel aliquid aliud fieri secundum formam iuris, vel per alia equipolentia verba, debeant referri, & intelligi, & declarari & declaretur, quòd intelligantur peti siue dici secundum formam statutorum communis Laudæ, nisi expresse declaratum sit de quo iure intelligatur.

¶De pœna facientis insultum sine percussione. Stat. 511.

SI quis fecerit insultum contra aliquem sine armis, & non percusserit, soluat communi Laudæ, libras quinque imperialium in pecunia numerata, si vero insultum fecerit cum armis & feritam non fecerit, soluat communi Laudæ libras duodecim cum dimidia imperialium in pecunia numerata, si vero prædicta fecerit in pallatio seu platea vel confinibus pallatii vel platee dicte ciuitatis, quod pœna duplicetur.

¶De Eodem ad domum habitationis. Stat. 512.

SI quis insultum fecerit ad donum alicuius in qua habitat, siue sit sua propria, siue conducta, siue gratis concessa, si cum armis & sine ferita fecerit, condemnetur in libris centum imperialiũ si vero sine armis & sine ferita in libris quinquaginta imperialium, & vlterius in vtroq; casu, arbitrio Potestatis, inspecta qualitate facti expẽsarũ, saluo si fieret insultus aut percussio ad domũ vel in domo habitationis alicuius inter personas habitantes

in

in eodem hoſpitio aut ſedimine vel domo pro tali inſultu vel ferita non puniatur vltra quam alias puniri poſſet ſecundum formam ſtatutorum communis Laudæ, ſi fieret inſultus vel percusſio alibi quam ad domum inſultat vel percusſi.

¶De pœna facientis percusſionem cum gladio vetito ſeu armis vetitis, ſi non occiderit. Stat. 513.

QVicunq; cum gladio vetito ſeu armis vetitis percuſſerit, & nō occiderit, ſi ſanguis exiuerit, condemnetur in libris quinquaginta imperialium, ſi vero ſanguis non exiuerit, condemnetur in libris vigintiquinque imperialium, & ſi in pallatio vel platea vel confinibus prædictorum vel de nocte percuſſerit & ſanguis exiuerit, condemnetur in libris centum imperialium, & ſi ſanguis non exiuerit, cōdemnetur in libris quinquaginta imperialium, & ſi ex prædictis cauſis vel aliqua earum poſitus fuerit in banno, & in banno præterierit, quòd pœne duplicentur, & eo ſoluente eas pœnas, exhimatur de banno.

¶De Eodem. Stat. 514.

SI quis fecerit inſultum contra aliquem, & in ipſo inſultu per ipſum facta fuerit ferita, puniatur pro ferita tantum ſecundum diſtinctionem caſuum poſitorum in præcedenti ſtatuto incipiente quicunq; cum gladio &c. niſi maior pœna eſſet, quæ veniret imponēda propter inſultum, quam propter feritam, quo caſu puniatur pro delicto, ex quo maior imponeretur pœna, ſi vero homicidium ſecutum fuerit, puniatur tantum pro homicidio.

¶De percusſione ſine gladio vetito & armis vetitis, Stat. 515.

SI quis ſine gladio vetito & ſine armis vetitis percuſſerit & non occiderit, ſi ſanguis exiuerit condemnetur in libris duodecim cum dimidia imperialium, & ſi ſanguis non exiuerint condemnetur in libris quinque imperialium, & ſi in locis vetitis, videlicet in pallatio platea vel in confinibus dictorum locorum, vel de nocte pecuſſerit & ſanguis exiuerit, condemnetur in libris quinquaginta imperialium, & ſi ſanguis non exiuerit in libris duodecim cum dimidia imperialium, & ſi ex aliqua dictarum, percusſionum cicatrix remanſerit in facie, quæ facies intelligatur a gula ſupra, dictæ pœnę duplicetur, & ſi ex prædictis cauſis vel aliqua earum in banno præterierit, quòd pœna duplicetur, & eo ſoluente dictas pœnas exhimatur de banno.

¶De pœna membrum amputantis vel oculum euelentis. Stat. 516.

SI quis euulſerit alicui oculum vel oculos vel naſum amputauerit, vel aliquem ſgarlatauerit, vel alicui mẽbrum vel membra amputauerit, & citatus fuerit, vel aliter ad rationem venerit, ſi comparuerit, condemnetur, & puniatur in libris ducentum quinquaginta imperialiũ pro quolibet ipſorum delictorum, ſi vero ad rationem non uenerit, & in banno præterierit, prædicta pœna duplicetur, niſi habuerit pacem cum offenſo, quo caſu puniatur tantum in prædictis libris ducentum quinquaginta imp.

¶De

De pena debilitantis membrum. Stat. 517.

QVicunque aliquem percusserit cum armis vel sine armis, & ex percussione membrum ei percusso debilitauerit, vel inutile fecerit, puniatur in libris centum imp.

¶De pœna sgraffignantis aliquem. Stat. 518.

QVicunque sgraffignauerit aliquem in vultu, puniatur in libris quinque imperialium, & si in alia parte corporis sgraffignauerit in solidis quinquaginta imperialium, & si fecerit alicui liuidum vel marcidum puniatur, & condemnetur in libris decem imperialium.

¶De pœna mordentis aliquem. Stat. 519.

SI quis cum dētibus mordiderit, & ex morsura sanguis exiuerit, condemnetur in libris quinque imperialiū, si vero sanguis non exiuerit, condēnetur in solidis quinquaginta imperialium.

¶De pœna proiicientis aliquem in terra. Stat. 520.

SI quis aliquem in terra proiicerit seu spinxerit & cadere fecerit siue sanguis ex proiicione in terra exierit siue non condemnetur arbitrio Potestatis inspecta qualitate facti & personarum.

¶De homicidij pœna. Stat. 521.

SI quis homicidium fecerit & ad rationem venerit, & conuitus & confessus fuerit capite puniatur ita quod

moriatur, si vero ad rationem non venerit in banno puniatur, & de homicidio in quo si steterit præteritus, & postmodum in fortiam communis Laudæ peruenerit capite puniatur ita q̃ moriatur, & hoc casu videlicet quando præteritus est in banno, bona ejus publicentur, saluo iure creditorum contra commune Laudæ, & bona quæ fuerint præteriti in banno, & saluo iure descendentium ipsius præteriti in dicto banno ita quòd quilibet descendens habeat suam legittimam portionem debitam iure naturæ. Et de parte præteriti in dicto banno quæ peruenire debet in commune Laudæ medietas sit communis, & alia hæredum occisi excipitur a prædictis minor. 14. annis, qui pro prædictis puniatur vt infra in statuto qualiter puniri debeat minor quatuordecim annis cōtinetur.

¶ De assasinis & eorum pœna. Stat. 522.

SI quis assasinauerit vel assasinari fecerit aliquem trahatur ad Caudam equi vsque ad furcas, & suspendatur per gullam ita quòd moriatur.

Stat. 523.

ASsasinus sit, & esse intelligatur qui pretio vel promissione accepta aliquem interfecerit vel percusserit & ex percussione sanguinis exiuerit.

Stat. 524.

SImiliter assasinus sit & esse intelligatur, qui pretio dato vel promisso fecerit aliquem interfici vel percuti cũ sanguinis effusione.

¶ Quod paracida capite puniatur. Stat. 525.

¶ Paracida capite puniatur, ita quòd moriatur.

De

¶De pœna rapientis mulierem honestam. Stat. 526.

SI quis per vim rapuerit mulierem honestam & ipsam adulterauerit seu stuprauerit capite puniatur, Si vero non per vim rapuerit. Sed alio quouismodo mulierem dummodo non sit meretrix publica seu famosa stuprauerit seu adulterauerit puniatur in libris quinquaginta imp.

¶De pœna mulieris habentis maritum comitentis stuprum seu adulterium. Stat. 527.

SI qua mulier habens maritum quæ non sit meretrix publica vel famosa spōte comisserit stuprum seu adulterium capite puniatur ad cuius criminis accusationem, & persecutionem non admittantur nisi infrascripte persone, maritus illius mulieris, mariti pater, mulieris pater, mulieris frater, & mulieris filius. Et in tali casu nullus iusdicens ex officio possit inquirere nec procedere etiā quātumcunque arbitrium reperiatur esse concessum. Si vero mulier non habens maritum quæ non sit famosa vel publica meritrix sponte commisserit stuprum condemnetur in libris quinquaginta imperialiū, ad cuius criminis accusationem nō admittuntur nisi infrascripte persone, Auus pater filius frater patruus & consanguineus Germanus & in tali casu nullus iusdicens possit inquirere nec procedere etiam quantumcunque arbitrium reperiatur esse concessum.

¶De Eodem. Stat. 528.

ALiqua persona non intelligatur comisisse raptū mulieris nec violētiam si de nocte vel de die reperta fuerit

rit mulier esse in domo alicuius tertie persone, nisi ducendo eam in domum prædictã manifeste aparuerit vel probatum fuerit de violentia seu dollo.

¶De Eodem. Stat. 529.

SI aliquis tenuerit aliquam mulierem publice, & pallã per concubinam vel amasiam vel fochariam non possit accusari nec denuntiari per ipsam mulierem nec per aliquem alium ex eo quòd diceretur aliquam violẽtiam fecisse ipsi mulieri seu amasie vel concubine vel eam carnaliter per vim cognouisse, & quod qui sic tenuerit aliquam mulierem per mensem & vltra non possit occasione prædicta puniri vel condemnari.

¶Quod sodomite Igne concrementur. Stat. 530.

SI quis inciderit in crimen sodomite Igne concremẽtur ita quòd statim & igne moriatur antequamręcedat de loco suplitii.

¶De pęna exercentis & tenentis priuatum carcerem. Stat. 531.

TEnens vel exercẽs per se vel per alium priuatum carcerem capite puniatur ita quòd moriatur & intelligatur tenere seu exercere per se vel per alium priuatum carcerem, qui non ad execution em precepti alicuius, iusdicentis seu alias non iuridice tenuerit seu exercuerit seu exerceri seu teneri fecerit aliquem contra eius voluntatẽ inclusum seu ligatum seu captum in aliqua partę per dies duos continuos & non aliter.

¶De

¶ De pęna tenentis aliquem inclusum qui non fecerit eum redimere. Stat. 532.

SI quis tenuerit seu teneri fuerit aliquem inclusum vel ligatum vel amplius maiori spacio dierum duorum continuorum & non fecerit eum redimere in aliquo puniatur in libris quinquaginta imperialium & minus arbitrio Potestatis considerata conditione persone & qualitate delicti.

¶ De pœna tenentis aliquem captum vel ligatum si fecerit eum redimere. Stat. 533.

QVicunque tenuerit seu teneri fecerit aliquem inclusum seu ligatum seu captum minori tempore duorum dierum continuorum & fecerit eum redimere in aliqua quantitate excedente summam librarum quinquaginta imperialium seu in aliqua re seu facto seu iure excedente dictam quantitatem dictarum librarum quinquaginta imperialium capite puniatur ita quòd moriatur. Si vero fecerit eum redimere in quātitate re vel facto vel iure non excedente quantitatem librarum quinquaginta imperialium puniatur in auere tātum arbitrio Potestatis inspecta qualitate persone & qualitate delicti, nihilominus talis redemptio & quicquid secutum fuerit ex ea vel ob eam nullius sit valoris & momenti.

¶ De pœna illius qui per metum fecerit aliquem redimere & non tenuerit eum captum. Stat. 534.

SI quis per metum vel vim fecerit aliquem redimere in aliqua quantitate re facto seu iure, non tamen tenuerit nec teneri fecerit eum inclusum nec ligatum nec captum

ptum puniatur in extimatione eius de quo fecerit eum re dimi, & vltra in quadruplum, Cuius quadrupli medietas aplicetur redempto & alia cōmuni & nihilominus talis redemptio & quicquid secutum fuerit ex ea vel ob eam nullius sit valoris & momenti ipso iure.

¶De pœna Trabutantis aliquem. Stat 535.

SI quis trabutauerit aliquem puniatur in auere per vno denario in duodecim applicandis pro medietate com muni & pro alia medietate trabutato quod statutum nō habeat locum & illic casibus trabutantis in quibus alius esset dispositum a iure nostro municipali.

¶Quod fures & latrones impune possint capi modo consignentur. Stat. 536.

QVilibet Impune capere possit furem vel latronē vel malefactorem & cum eum cepit, teneatur ipsum do mino Potestati Laudæ vel iudici maleficiorum consigna re & consignari facere sub pęna infrascripta videlicet si eum ceperit in ciuitate Laudæ infra vnam diem, si vero in Suburbiis infra duos dies, si vero in Episcopatu siue di strictu infra quatuor dies, Et si quis contrafecerit si est singularis persona condemnetur in libris xxv. imperialiū si vero vniuersitas Burgi in libris 50. imperialium si vero vniuersitas loci in libris xxv. Imperialium.

¶De pœna impedientis ue detenti uti fures & malefactores consignentur. Stat. 537.

SI aliqua singularis persona uel aliqua uniuersitas im pedierit uel impediri fecerit quominus aliquis qui ca-

ptus

ptus seu detentus fuerit ut fur, latro uel malefactor consignetur in fortiam communis Laudę condemnetur ex forma infrascripta uidelicet si fuerit singularis persona in libris xxv. imperialium & si uero uniuersitas loci in libris quinquaginta imperialium & si uniuersitas burgi in libras centum imperialium & minus habita cõsideratione in paruis burgis & locis.

¶Qualiter uniuersitates teneantur dare auxilium ad consignandum malefactores & fures captos. Stat. 538.

AD consignationem fiendam in fortiam communis Laudæ de aliquo capto ut fure latrone uel malefactore, tenentur quelibet uniuersitas dare auxilium in effectu Si hoc fuerit requisitum seu petitum per consignare volentem, cum a consulibus seu aliis officialibus alicuius terre Episcopatus seu destrictus Laudæ sub simili pœna apposita in proximo præcedenti statuto incipiente. Si aliqua singularis persona &c.

¶De pœna capientis aliquem vt furem vel malefactorem negligentis in consignando & notificando. Stat. 539.

SI quis ceperit vel aliter detinuerit vel capi vel detineri fecerit aliquem vt furem latronem, vel malefactoré in Episcopatu seu districtu Laudę & hoc notificauerit infra vnam diem communi seu consulibus aut officialibus vel saltem, octo hominibus ipsius tere in qua vel cuius teritorio eum ceperit vel detinuerit, aut domino Potestati infra tertiam diem siue reperiatur culpabilis de delicto pro quo captus vel detentus fuerit, siue non & siue consi-

gnetur

gnetur communi Laudæ, siue non, incurrat pœnam statuti facti contra tenentes priuatum carcerem, nec aliquã aliam pœnam. Sed talis, capiens operam faciat cum effectu suo posse quod talis captus consignetur in manibus siue Potestatis siue communis Laudæ. Et si in prædictis negligens fuerit condemnetur pro tali negligentia in aue re arbitrio domini Potestatis inspectis conditione persone & qualitate facti, si vero ceperit in ciuitate vel suburbiis Laudæ, Similiter notificationem facere teneatur domino Potestati vel iudicibus maleficiorum infra vnam diem quod si fecerit non incurrat aliquam pœnam.

¶De pœna aufferentis aliquem furem vel homicidam vel malefactorem bannitum de manibus Potestatis familie. Stat. 540.

SI quis per vim aufferet de manibus familie Potestatis vel alterius qui in fortiam Potestatis conduceret aliquem furrem vel homicidam uel alium malefactorem bannitum, adeo quod ipsum consignari & in fortiam regiminis duci non permiserit puniatur & condemnetur illa pœna qua puniri deberet ille malefactor.

¶Quod schachum & robaria idem intelligatur. Stat. 541

¶In iure nostro municipali schachum, & robaria Idem intelligatur.

¶De pœna comitentis schachum vel robariam extra ciuitatem terras & domos habitatas. Stat. 542.

SI quis robariam fecerit & schachum pecunie vel rei valentis a solidis quinquaginta imperialium supra unã

vice

vice vel pluribus coacernatis extra ciuitatem Laudæ vel Burgos villas casſinas & domos habitatas & habitata furchis ſuſpendatur ita quòd moriatur. Si vero pecunie vel rei non excedentis dictam quantitatem ſoldorum quinquaginta imperialium robariam vel ſchachum quis fecerit extra loca prædicta arbitrio Poteſtatis puniatur in auere vel perſona conſiderata qualitate facti & perſonarum.

¶De robaria & ſchacho commiſſo in ciuitate vel domo habitata. Stat. 543.

QVicunq; fecerit robariam vel ſchachum in ciuitate vel burgis vel villa vel casſina vel domo, habitata pecunie vel rei excidentis ſummam librarum 25. imperialium furchis ſuſpendatur ita quòd moriatur, ſi vero pecunie vel rei non excedentis ſummam dicte quantitatis librarum 25. imperialium robariam vel furtum quis commiſſerit in aliquo prædictorum locorũ de quibus fit mentio in præſenti ſtatuto, pro prima vice puniatur arbitrio Poteſtatis in auere tantum, pro pluribus vero vicibus in auere vel perſona arbitrio Poteſtatis conſiderata qualitate perſonarum & facti.

¶De pena plagiarij. Stat. 544.

¶Plagiarius furcis ſuſpendatur ita q; confeſtim moriatur.

Quod venifici capite puniatur. Stat. 545.

Venefici capite puniatur, ita quòd moriantur.

Quod malefici in auere uel perſona arbitrio Poteſtatis puniantur. Stat. 546.

MAlefici & maluegatores arbitrio Poteſtatis puniantur in perſona vel auere inſpecta qualitate facti & perſonarum.

Quod

¶ Quod fur famosus furchis suspendatur. Stat. 547

Fur famosus furchis suspendatur ita quòd moriatur.

De pœna furis non famosi comitentis furtum. Stat. 548.

SI quis fur non famosus furtũ fecerit pecunie vel rei a libris vigintiquinque imperialium supra suspendatur per gullam ita quòd moriatur.
Si vero a dicto valore infra quod sit a solidis triginta imperialium supra quòd non sit schacum vel robaria vt supra dictum est in statutis loquentibus de schacho & robaria pro primo furto, cum fero calido ei proferentur aures & fustigetur acriter per ciuitatem Laudæ.
Pro secundo vero furto excedente valorem solidorum triginta imperialium suspendatur vt supra nisi habuerit pacem ante pœnam impositam & si pacem habuerit componatur communi Laudæ libras duodecim cum dimidia imperialium quod si infra mensem vnum nõ soluerit pedem amitat.
Pro tertio vero furto cuiuscunque quantitatis sit suspendatur vt supra nec eis proxit pax, saluo quòd si ipsa tria furta fuerint omnia simul coaceruata a valore soldorum 30. imperialiũ infra puniatur arbitrio Potestatis.
Et si vltra tria furta fecerit suspendatur vt supra.
Saluo quòd prędicta non habeãt locum in impubere doli non capace.
Si autem fuerit doli capax impubes puniatur arbitrio iusdicentis inspecta qualitate facti & personę.

Quod

¶ Quod furtum non excedens soldos quinque Imperialium non intelligatur inchoaceruatione furtorum. Stat. 549.

INchoaceruatione seu numero furtorum non appellatur furtum aliquid furto subtractum quod non excedat valorem solidorum quinque imperialium.

¶ De receptatoribus furtorum, & robariarum. Stat. 550.

REceptator scienter furtorum, & robariarum, & famosorum latronum furchis suspendatur ita ꝙ confestim moriatur.

¶ De Eodem. Stat. 551.

QVicunque associauerit aliquem ad robandum vel furandum, & auxilium vel adiutorium prædictis præstiterit Si commissum fuerit illud furtum vel robaria puniatur simili pœna qua pœna puniri deberet talis fur vel robator.

¶ De pœna reducentis seu receptantis se in terra unde est oriundus cum furto vel robaria alibi factis. Stat. 552.

QVicunque fecerit robariam vel furtum in alieno districtu & se reduxerit vel receptauerit cum ipsa robaria vel furto in Ciuitate vel terra vel eius districtu vnde ipse robator vel fur: est oriundus puniatur eadẽ pœna qua puniretur si eam robariam vel furtum fecisset in dicta Ciuitate vel districtu de qua est oriundus vel ciuis.

¶De pœna falſificantis Sigillum vel buletinum Illuſtriſſimi Principis, ſeu communis Laudæ vel alterius perſone. Stat. 553.

SI quis falſificauerit vel falſificari fecerit ſigillum vel buletinũ Illuſtrisſimi Principis capite puniatur ita quòd moriatur.

Stat. 554.

SI vero falſificauerit ſigillum vel buletinum alicuius alterius perſone uel uniuerſitatis uel collegij puniatur arbitrio iuſdicentis in auere vel perſona conſiderata qualitate delicti & delinquentis.

¶De pœna falſificantis ſcripturas exiſtentes ad cancellariam communis Laudæ uel alias ſcripturas exiſtentes ad cameram ſeu in archinio uel maſſaria communis. Stat. 555.

SI quis faſificauerit uel falſificare fecerit aliquam ex ſcripturis exiſtentibus ad cancellariam, uel ad cameram uel maſſariam in qua tenentur banna uel condemnationes uel alie ſcripture communis Laudæ uel ubi morantur rationatores uel gubernatores ſeu dictatores librorum communis Laudæ in pallatio ſeu domibus dicti communis capite puniatur ita quòd ſtatim moriatur.

¶De pœna facientis ſeu fieri facientis cartam falſam uel acta publica falſa. Stat. 556.

SI QVIS fecerit uel fieri fecerit cartam falſam uel acta publica falſa uel faſificauerit uel falſificari fecerit aliquam

aliquam cartam vel condemnationem vel attestationes vel dicta testium vel confessiones vel testes vel acta publica scripta vel scriptos vel alias scripturas publicas, manũ dextram amitat. Et si fuerit tabellio vltra dictam pœnam ab officio tabellionatus sit priuatus ipso iure.

De pœna scienter producentis cartam vel condemnationem falsam. Stat. 557.

SI quis scienter produxerit in iudicio cartam falsam vel condemnationem falsam vndecunq; ei euenerit puniatur ea pœna qua punirentur facientes instrumenti falsum & si ignorauerit quando produxerit, & postquam interrogatus fuerit ab eo qui dixerit velle instrumentum arguere de falso non abstinuerit ab vsu condemnetur in libris quinquaginta, possit tamen impune ab vsu abstinere etiam postquam dixerit. Sed vti velle infra dies uiginti sequentes, nisi Exhibuerit in iudicio actorem suum quo casu in nihilo condemnetur, Et D. Potestas & quilibet iusdicens teneatur procedere contra talem actorem.

¶De falsitate banni. Stat. 558.

SI quis scripserit uel scribi fecerit falso aliquem in banno in ciuili negotio uel aliquẽ extraxerit vel extrahi fecerit falso de banno in ciuili negotio condemnetur in libris ducentis quinquaginta imperialium, Et si fuerit bannum de maleficio manum amittat & vlterius si fuerit tabellio ab officio tabellionatus sit priuatus ipso iure.

¶ De pœna facientis officium corarie & non sit corerius. Stat. 559.

SI quis officium corarie fecerit, qui non sit correrius puniatur tamquam falsarius instrumentorum.

¶ De pęna Corerij facientis ambasciatam vel rationem falsam. Stat. 560

SI quis Corerius ambasciatam vel relationem falsam fecerit condemnetur realiter, & personaliter arbitrio Iusdicentis inspecta qualitate facti, & conditione personę.

Stat. 561.

EOdem modo puniatur in auere vel persona arbitrio Potestatis quicunq; dictam ambasciatam falsam fieri fecerit, & Potestas & quilibet eius Iudex possit, & teneatur de prædictis inquirere, & condemnare ex officio.

¶ De pœna producentis instrumentum falsum factum ad eius postulationem vel sui missi, Stat. 562.

SI quis produxerit aliquod instrumentum factum ad postulationem ipsius vel sui missi vel procuratoris, & interrogatus fecerit vtrum velit uti eo an, ne, teneatur præcise respondere sic vel non qua responsione facta ꝙ sic, si probatum fuerit ipsum instrumentum esse falsum puniatur tamquam falsarius instrumentorum.

¶ De pœna illius qui dixerit falsum testimonium in causa criminali. Stat. 563

SI quis falsum dixerit testimonium vt aliquis condemnetur in causa criminali puniatur ea pœna qua

condem-

condemnandus esset ille contra quem falsum testimoniũ dixerit si corporaliter veniret condemnandus & hoc vbi pœna corporalis non sit minor quam incisio lingue, Si vero esset minor, lingua incidatur eidem, Et mitrietur, si vero pecunialiter, tunc ei amputetur lingua & mitrietur.

Stat. 564.

SI vero testimonium dixerit vt aliquis in criminali causa absoluatur, similiter puniatur illa pœna qua puniẽdus esset ille in cuius fauorem testimonium dixerit, Si corporaliter veniret condemnandus & hoc vbi pœna corporaliter non sit minor quam incisio lingue, si vero minor incidatur eidem, & mitrietur, si vero pecunialiter tunc amputetur ei lingua.

¶ De pœna producentis & vtentis falsos testes.

Stat. 565.

EAdem pœna quolibet casu præcedentis capituli puniatur ille qui scienter & dolosè produxerit in causa criminali falsos testes vel falsum testem & eis seu eo scienter & dolosè vsus fecerit & vbi aliter non apareat seu constet aliquem scienter & dolosè produxisse falsos testes vel falsum testem vel vsum fuisse intelligatur scienter & dolosè produxisse falsos testes vel falsum testem, vel scienter & dolosè vsum fuisse qui post publicationem interrogatus an velit vti dictis testium vel testis responderit se velle vti & quilibet interrogatus teneatur respondere ad terminũ per iudicem statuendũ, & si ad dictum terminũ nõ respõderit intelligatur nõ velle vti & vltra qui falsũ testimoniũ dixerit vt sup. & ille qui produxerit vel vsus fuerit vt supra & quilibet eorũ insolidũ ita tñ q̃ vnica solutio sufficiat cõpellatur realiter & psonaliter ad emẽdationẽ faciẽdu cui-

 libet

libet damni diſpendii, & intereſſe illi qui damnum diſpē dium ſeu intereſſe ſubſtinuiſſet vel ſupportaſſet occaſione dicti falſi teſtimonii.

¶ De pœna illius qui dixerit falſum teſtimonium in cauſa ciuili. Stat. 566.

QVicunque falſum teſtimonium dixerit vt aliquis cō demnetur vel abſoluatur in ciuili cauſa, amputetur ei lingua.

¶ De eodem contra producentem. Stat. 567.

EAdem pœna puniatur ille qui ſcienter, & doloſe produxerit falſos teſtes ſeu falſum teſtem in cauſa ciuili vel eis ſeu eo ſcienter, & doloſe vſus fuerit, & vbi aliter non appareat ſeu conſtet aliquem ſcienter & doloſe pro duxiſſe falſos teſtes vel falſum teſtem vel vſum fuiſſe intelligatur ſcienter, & doloſe produxiſſe falſos teſtes vel falſum teſtem vel vſum fuiſſe qui poſt publicationem teſtium interrogatus an velit vti dictis teſtium vel teſtis reſponderit ſe velle uti, & quilibet interrogatus teneatur reſpondere ad terminum per Iudicem ſtatuendum, & ſi ad ipſum terminum non reſponderit inteligatur nō velle uti & vltra ille qui falſum teſtimonium dixerit vtſupra & ille qui produxerit uel vſus fuerit vtſupra, & quilibet eorum inſolidum ita tamen ꝙ vnica ſolutio ſufficiat cō pellatur realiter & perſonaliter ad emendatione faciendā cuilibet damni diſpendii & intereſſe illi qui damnum diſpendium ſiue intereſſe ſuſtinuiſſet ſeu ſuportaſſet occaſione dicti falſi teſtimonii.

¶ De imbreuiaturis notarii infamati gubernandis.
Stat. 568.

SI Potestas uel alius iusdicés infamauerit aliquem notarium uel eũ ab offitio tabelionatus remouerit teneatur eius imbreuiaturas infra quindecim dies post eius infamationem, & priuationem corã eo portari facere, & eas gubernari facere ad cameram Communis Laudę pœnes gubernatorem librorum dicti communis ita ꝙ nulla falsitas posit in eis commiti.

¶ De Notario infamato. Stat. 569.

NVllus Notarius vel tabelio posit nec debeat officiũ tabellionatus in Ciuitate vel Episcopatu seu districtu Laudæ exercere si per Collegiũ vel Abbates Collegij notariorum infamatus fuerit ad arrengheriam vel a scallas pallatij sono tubarum pręmisso fraudem vel falsitaté in arte vel officio notarie commisisse, & quicquid fecerit postea in dicta arte non veleat, & vltra si exercuerit postea artem notarie posit impune realiter, & personaliter offendi & vltra teneatur restituere interesse passo damnũ

¶ Quod bannitus vel condemnatus de falso non posit exercere officium publicum aduocationem nec procurationem. Stat. 570.

NVllus condemnatus vel bannitus de falso posit habere nec exercere officium publicum in Ciuitate Episcopatu vel distructu Laudæ nec etiam aduocationẽ vel procurationem exercere.

De pœna committentis falsum aliter quam iurę municipali sit cautum. Stat. 551.

FAlsum cõmittẽs arbitrio Potestatis puniatur in auere vel persona omnium præterquã in casibus in quibus

lege nostra municipali pœna certa statuta est in quibus puniatur secundum ipsum ius municipale.

De incendio. Stat. 572.

SI quis incendium posuerit vel poni fecerit scienter in domo alterius habitata, vel sacra, vel religiosa capite puniatur ita quòd moriatur.

Si vero aliter incendium posuerit vel poni fecerit propter quod dederit damnum a libris quinquaginta imperialium supra condemnetur & puniatur in libis ducentis quinquaginta imperialium communi Laudæ & ad restitutionem damni in duplum damnum passo.

Si vero incendium posuerit vel poni fecerit propter quod damnum secutum sit a libris duodecim cum dimidia imperialium vsque ad libras quinquaginta imperialiũ condemnatur & puniatur in libris centum imperialium communi Laudæ, & ad restitutionem damni in duplum damnum passo.

Si vero incendium posuerit vel poni fecerit propter quod damnum secutum sit a libris duodecim cum dimidia imperialium infra & a quinque libris imperialium supra puniatur in libris.xxv.imperialium communi Laudæ & ad restitutionem damni in duplũ damnũ passo.

Si vero a libris quinque imperialium infra puniatur in libris duodecim cum dimidia imperialium & ad restitutionem damni in duplum damnum passo.

Quas pęnas quæ peruenire debent in commune Laudæ si infra triginta dies non soluerit incendiarius vel fieri faciens amputetur ei pes vnus in quo est magis potens & nihilominus teneatur in carceribus donec in duplo damnum satisfecerit damnum passo vel cum eo composuerit.

De

¶De damno dato. Stat. 573.

SI quis dederit damnum vel guastum aliter quam per incendium a libris quinque imperialium supra condẽnetur in libris vigintiquinque imperialium cõmuni Laudæ & in duplum damni dati damnũ passo si vero a libris quinque imperialium infra cõdemnetur arbitrio iudicis dummodo condemnatio non excedat libras duodecim cum dimidia imp. & ad restitutionem damni in duplum damnum passo, & non relassetur de carceribus donec soluerit prædictam pœnam & cum leso composuerit.

¶Qualiter communia teneantur ad restitutionem pro damno dato. Stat. 574.

SI de cætero in aliquo Burgo, vel loco, vel casina, vel molendino, siue territorio aliquod damnum vel guastum datum vel factum fuerit de die vel de nocte per incẽdium vel depopulationem vel incisionem vel alio modo in domibus terris pratis vineis buschis arboribus vel aliquibus seminatis brugariis vel caregiis commune & homines nobiles & vicini illius burgi loci casine molẽdini seu territorij teneantur & debeant infra tertiam diem capere & communi Laudæ consignare illum seu illos qui illud damnum seu guastum dederint vel fecerint, alioquin commune & homines tam nobiles quã vicini illius burgi vel loci teneantur & debeant damnum restituere & resarcire damnum passo in duplum secundum examinationem & extimationem super hoc faciendam per illos qui ad illam examinationem seu extimationẽ faciendam fuerint electi per dominum Potestatem vel eius Iudicem & ad ipsam restitutionem compellantur summarie & sine

strepitu

ſtrepitu & figura iuditij & ſine libelli vel declarationis datione ex offitio & extra ordinem & omni die de datione cuius damni ubi aliter nõ appareat credatur damnũ paſſo cum ſacramento & uno teſte fidedigno & ſi eſſet dubium de cuius territorio eſſet ille locus in quo dictum damnum datum fuerit intelligatur quo ad contenta in præſenti ſtatuto eſſe de territorio illius terre loci uel burgi cui proximior fuerit ille locus in quo dictum damnũ datum fuerit, ſaluo quòd cõmune & homines prædicti qui ad ipſam reſtitutionem compulſi fuerint regreſſum habeant liberum & efficacem & ſummarium uſq; ad quantitatem quam reſtituerint & de damnis & expenſis contra illos & eorum bona & quemlibet eorum inſolidum qui illud damnum uel guaſtum dederint uel fecerint & ſaluo quòd ſi prædicta communia conſignauerint malefactorem ſeu malefactores infra mẽſem vnum poſt damnum datum, & factum in fortiam communis Laudæ ꝙ non teneantur ad dictam reſtitutionem & ſaluo quòd uidue orphani & miſerabiles perſone non teneantur ad dictam reſtitutionem.

¶ Quod nulla domus uel ſedimen deuaſtetur niſi in certis caſibus. Stat. 575.

NUlla domus vel ſedimen deuaſtetur in ciuitate vel ſuburbiis vel diſtrictu Laudæ aliqua occaſione niſi fuerit ex forma conſtitutionum factarum contra hæreticos vel præſentium ſtatutorum, & ſi aliquis iuſdicens ſeu officialis contrafecerit condemnetur in libris ducentis quinquaginta imp. & nullus iuſdicens vel alius officialis poſſit petere licentiam de dicto ſtatuto ſub prædicta pœna in

na in consilio vel arengo & pœna sit arengati libr. cētum imper. & cuilibet alii officiali librarum centum imper. & nihilominus iusdicens, & ipse officialis qui domum vel sedimē deuastauerit vel deuastari fecerit teneatur ad restitutionem damni in duplū damnū passo, & quilibet possit quemlibet contrafacientem accusare & offendere in persona & rebus impune, & hoc statutum sit præcisum, & contra non possit ordinarii uel reformari, & ordinatum vel reformatum non teneat.

¶ De pœna iniuriantis, D. Potestatem vel Iudices, vel Collaterales, Stat. 576.

INiuriantes, D. Potestatem Laudæ uel eius Iudices vel Collaterales uel aliquem eorum arbitrio Potestatis puniatur in auere tantum, dummodo non possit puniri vltra duplum eius quod puniretur iniurians aliquam aliā personam.

¶ De pœna aufferentis bannitum uel malefactorem qui consignari voluerit. Stat. 577.

AVfferens seu conatus auferre aliquem bannitum uel malefactorem qui consignari voluerit in fortiam communis puniatur arbitrio Potestatis in auere uel persona considerata qualitate personarum,& facti & si quis abstulerit seu Conatus fuerit aufferre aliquem alium captum qui consignari voluerit in fortiam Communis Laudæ arbitrio Potestatis vel iusdicentis puniatur. Eodem modo puniatur impediens aliquem capi per familiam, D. Potestatis vel alterius iusdicentis,

Quod

¶Quod minor annis quatuordecim commitens maleficium non puniatur corporaliter. Stat. 578.

NVllus commitens maleficium seu delictum in minori ætate anorum quatuordecim puniatur ad mortem nec ad membri incisionem nec membri incisionem neq membri priuationem & si in casibus in quibus aliqua ex prædictis pœnis inferetur maiori quatuordecim annorū ipse minor arbitrio Potestatis in auere vel persona circa pœnas prædictas puniri possit inspecta qualitate facti.

¶Contra dictum statutum dicitur, & attende quod furiosus & infans non sunt capaces delicti sicut nec animalia bruta, & ideo factum abeis fit impune quia est factum sine dolo vel culpa, nam casus fortuitus numquam punitur per modum, criminis facit supra de ofi. presc. l. diuus hoc dicit Bald. in l. sed & si. ff. ad l. Aquili.

¶De pœna deferentis hominem occisum intra muros Ciuitatis. Stat. 579.

NVllus hominem occisum vel fœminam occisam intra muros ciuitatis defferre vel defferri facere, & si cōtrafactum fuerit puniatur quilibet contrafaciens & dans operam vt cōtrafiat in libris quinquaginta imp. in quam pęnā incurrat ipso iure & exigatur absq; aliquo processu.

Quod ius creditorum & descendentium sit saluum in casibus in quibus fit publicatio Bonorum. Stat. 580.

IN omnibus casibus in quibus fit publicatio bonorum semper intelligatur & esse debeat saluum ius creditorū & descendentium & ille sum sicut in statuto de homicidio continetur.

De

¶ De eodem. Stat. 581.

IN casu in quo fiat publicatio de aliquo per quam aliquid veniat aplicandum communi, saluum sit ius creditorum,& descendentium ita vt quilibet descẽdens suã habeat legitimam portionem pro numero liberorum equalibus portionibus ut in statuto de bannito homicidij continetur.

¶ De pœna rumpentis pacem. Stat. 582.

QVicunque ruperit pacem fidantiam vel treuguam per offensam factam in personam ipsius cũ quo habebat pacem fidantiam vel treugam puniatur pro percusione vel ferita uel alia offensa personali secundum formam præsentium statutorum, & vltra in libris centum imperialium cuius pęnæ medietas sit communis Laudæ & alia offensi.

Stat. 583.

SI quis vero ruperit pacẽ treugam vel fidantiam offendendo in bonis vel rebus illum cum quo habebat pacem puniatur de offensa in rebus vel bonis facta secundũ formam prædictorum statutorum,& vltra in libris quinquaginta imper. cuius pœna medietas sit Cõmunis Laudæ & alia offensi, saluis nihilominus,& remanentibus firmatis omnibus conuentionibus pactis, & promissionibus etiam peccunialibus factis inter eos qui pacẽ vel treugam vel fidantiam inter se fecerint,& prædicta in præsenti capitulo apposita locum habeant tam in bannitis etiã de quouis maleficio quã in alijs, & hoc non obstante statuto continente ꝙ omne damnum, & iniuria illatum in persona vel rebus banniti remaneat impunita nec aliquo alio statuto uel iure in contrarium loquente.

In

¶ In quem peruenire debeat pœna propter pa. cem ruptam. Stat. 584.

SI pax fuerit rupta pœna apposita in instrumento pacis perueniat videlicet medietas in Communæ Laudæ & alia medietas in partem offensam, & D. Potestas, & eius Iudex ex officio,& extra ordinem teneatur exigere ipsam pœnam ad vtilitatem Communis Laudæ,& illius vel illarum cui vel quibus pax rupta fuerit sine libelli datione strepitu,& figura iuditij, & Potestas teneatur hoc facere seruari, & executioni mandare infra vnum mensem sub pœna librarum quinquaginta imperialium sui salarij.

¶ De Eodem.

¶ Si Potestas fecerit uel præceperit pacem vel treugam inter homines habentes discordiam seu in iuditio, aliqua cautio fuerit apposita & si aliqua pœna fuerit adiecta & pax uel treuga rupta fuerit vel iuditio non fuerit obtemperatum medietas pœnæ perueniat in cõmunæ Laudæ,& alia in illum vel illos seu suos hęredes quibus pax vel treuga rupta fuerit.

¶ Idem seruetur si pœna debeatur ex compromisso propter pacem ruptam.

¶ De pœna communis terræ in qua banniti malefitij conuersari inuenti fuerint. Stat. 585.

SI quis bannitus de crimine lęse maiestatis sodomiæ uel proditionis patrie vel de homicidio schacho vel incendio uel guasto uel robaria vel furto in Burgo vel villa conuersari inuentus fuerit, postq uam notificatum fuerit vel denuntiatum condemnetur burgus si fuerit bannitus de crimine lęsæ maiestatis sodomię schacho vel robaria vel furto in libris centum imperialium, & locus in libris quinquaginta imperialium,

¶Et si fuerit bannitus de homicidio vel incendio condẽnetur burgus in libris xxv. imperialium & locus in libris 25.impe. & si fuerit bannitus de guasto cōdemnetur burgus in libris 25. imp. & locus in libris duodecim cum dimidia impe.& plus & minus arbitrio. D. Potestatis inspecta qualitate facti & personarum ad quam condemnationem nobiles & uicini ipsorum burgorum & locorum teneantur, Saluis uiduis & minoribus annis quatuordecim & miserabilibus personis & saluo quòd si prædicta communia denuntiauerint D. Potestati quòd tales banniti habitant in suis terris & quòd propter eorum potentiam eos expellere non possunt quòd ad prædictas pœnas minime teneantur.Et idem si bannitum consignauerint.

¶ De arbitrio Potestatis contra impedientes uolentes capere malefactorem. Stat. 586.

DOminus Potestas Laudæ habeat arbitrium inquirendi, procedendi puniendi, & condemnandi quemlibet illorum,qui darent impedimentum Potestati,vel eius familie,missis per potestatem vel per alios volentes capere ex pręcepto ipsius Potestatis vel captos dare aliquos malefactores,& vbi communia burgorum locorum cassinarum & molendinorum vel aliarum vniuersitatum paterentur aliquam condemnationem vel damnum occasione aliquorum habitantium in terris suis,tam nobiles quã vicini habeant regressum contra illos quorum occasione damnum paterentur.

¶Dę pœna datiarij vel officialis petentis,vel exiuentis, vltra quam sit concessum. Stat. 587.

SI quis incantator, vel datiarius, vel suus officialis, vel alius pretextu,vel sub colore dati vel gabelle, incantus ve

vel officij, uel bulete, uel alicuius exactionis petierit, vel exegerit, uel receperit per se uel submissam personam aliquid, quod non sit concessum, & ultra quam sit concessũ condemnetur in quadruplum, & ad interesse, de quibus credatur vsque ad soldos quinque imperialium refferenti cum Sacramento, & usque in solidis decem imperialium cum uno teste fidedigne, & abinde supra vt iura desiderãt cuius pœnę medietas sit Communis Laudę, & alia refferentis.

¶ De pœna officialis committentis fraudem furtum vel barariam. Stat. 588.

SI quis officialis Communis Laudæ, fraudem uel furtũ de rebus Communis Laudæ commisserit uel aliquid de aliqua singulari persona uel vniuersitate indebite extorserit, seu intulerit, vel damnum alicui singulari persone uel vniuersitati indebite dederit, seu intulerit occasione seu prætextu ipsius officij condemnetur in quadruplũ dandum Communis Laudæ, si de rebus Communis Laudæ fraudem uel furtum commisserit, vel singulari persone vniuersitati, a quo prædicta extorserit, seu cui damnum dederit, quam de rebus singularis vel vniuersitatis extorserit vel eis uel alicui eorum damnum dederit, & insuper condemnetur Communi Laudæ in libris viginti quinque imperialium, & ab officio remoueatur, & de prædictis Potestas possit teneatur, & debeat inquirere, procedere, & punire ex officio suo, & prædicta locum nõ habeant, vbi aliter de iure municipali spetialiter est prouisum, & vltra puniatur secundum formam Statuti facti de furtis.

De

¶Da arbitrio procedendi contra datiarios & eorum nuntios & officiales defferentes falsas accusas uel calumniosas. Sta. 589.

DOminus Potestas, & eius Iudices ad maleficia & Iudex datiorũ, & quilibet eorũ, qui sunt, & pro temporibus erũt, habeant arbitriũ inquirẽdi, procedendi, condẽnandi, & puniendi, & teneãtur, & debeant inquirere, procedere, condẽnare, & punire cõtra vnumquemq; incantatorem datiorum vel habentem datiũ vel causam ab eo & eius officialib. & nuntiũ, qui corã aliquo eorũ aliquã denuntiationẽ accusam vel quærimoniam dixerit, portauerit, vel fecerit calumniosam vel falsam de aliquo communi vel singulari persona, & qui aliquo modo alicui cõmuni vel singulari persone indebite aliquam pecuniam extorserit, vel indebite acceperit in illis pecunie quantitatibus vt sibi videbitur, in quibus alias non sit aliter de pœna prouisum, de quibus vel in quibus omnibus & singulis breuiter & summarie possit, & teneatur, cognoscere, diffinire, pronuntiare, & executioni mandare, non obstante aliquo statuto, prouisione, vel reformatione, dato, vel pacto, consilio, vel arengho, vel aliquo alio impedimento, facto vel faciendo, vel quod in futurum fieri possit contra præsens statutum vel aliquod de prædictis.

¶De pœna tentantis corrumpere Potestatem vel Officiales. Stat. 590.

NVlla persona, cuiuscũq; cõditionis existat, audeat vel præsumat appellare, seu tentare Potestatem, vel aliquẽ Vicarium, Iudicem, vel officiales, vel familiarem magnifici D. D. Galeaz Vicecomitis Comitis virtutum imperialis Vicarij generalis aut communis Laudæ causa corrumpendi eos tentare pretio, precibus, vel amore vo-

X lendo

ledo eũ facere declinare à recto tramite iustitie, per quam declinationem commune Laudæ vel alia persona priuata lederetur, nec aliquid promittere, offerre, vel dare per se vel alium, neque depositum, aut pretium sub aliqua conditione facere, quominus Potestas, Vicarius, Officialis, Iudex, & familiaris dicti domini & cõis Laudæ iustitiam faciant in iuditijs, seu causis, petitionibus, & examinationibus, & aliis quibuscunque negotiis tam cõmuni quam alicui priuate persone spectantib. explicandis & exequendis, sub pœna librarum ducentum quinquaginta imperialium, & plus, & minus, ad voluntatem præfati domini seu iudicantis inspecta qualitate facti & persone.

¶De pœna facientis pignorationem sine licentia Iusdicentis. Stat. 591.

QVicunq; detentionem, vel pignorationem, vel contestationem sine licentia iusdicentis fecerit, nisi in casibus premissis, omne damnum, quod passus fuerit ille, qui detentionem, vel pignorationem, vel cõtestationem substinuerit, & restituere teneatur ille, qui detentionem, vel pignorationem, vel contestationem fecerit, Et insuper quod expensas, quas superinde fecerit, restituat damnum passo, arbitrio iusdicentis absque iuramento prius quam ius suum consequatur, & insuper communi Laudæ componat libras duodecim cum dimidia imperialium, & quilibet possit accusare verbotenus, & sine aliqua scriptura, & sine satisdatione aliqua fienda per accusatorem aliquo alio statuto non obstante, & medietas sit communis Laudæ, & alia accusatoris.

¶De pena comitẽtis ludũ bisclatie, vel prestãtis. Stat. 592.

SI quis in domo, curia, orto, brolio, vel aliqua alia parte ciuitatis vel Episcopatus, seu districtus Laudæ tenuerit

ludum

ludum aleæ, biſclatie, vel reginete, vel præſtauerit ad aliquem ipſorum ludorum, condemnetur in libris centum imperialium,& ponatur in cōfinibus longe a ciuitate per milliaria centum,& ibi debeat ſaltim ſtare per quinquennium de quibus non posſit abſolui per D. Poteſtatem vel aliquē iuſdicentem in ciuitate Laudæ, & ſi dicta confinia non obſeruauerit,& repertus fuerit in ciuitate, vel Epiſcatu,ſeu diſtrictu Laudæ, ponatur in carceribus communis Laudæ,& ibi ſtet per quinquennium, & posſit ei offendi in perſona,& in rebus,& quòd ei nō fiat ratio in ciuili nec in criminali vllo tempore,& intelligatur tenere & mutuare ad biſclatiam,ſi Inde fuerit vox & fama.

¶De pœna ludentis ad biſclatiam. Stat. 593.

NVllus audeat,vel præſumat ludere ad zarrum, nec ad aliquem ludum taxillorum,vel biſclatie, vel ad reginetam,in ciuitate,ſuburbiis,vel Epiſcopatu, vel diſtrictu Laudæ,& ſi quis contrafecerit,ſi fuerit de die condemnetur in libris duodecim & dimidia imperialium,ſi vero de nocte,in libris vigintiquinque imperialium, & intelligatur ludere,ſi inuentus fuerit habere ante vel iuxta ſe tabularios,vel diſcos, pulitos,vel taxillos, vel aliud preparatorium ad ludendum,& quòd in prædictis & quolibet prædictorum D.Poteſtas, & eius Iudices, & millites posſint coniecturare,& condemnare per fugam, vel per abſconſionem,vel per præſumptionē,vel per quælibet inditia & quilibet posſit accuſare,& habeat medietatē condēnationis,& alia medietas ſit cōis Laudæ,& ſuper ꝓdictis & quolibet ꝓdictorum.D.Poteſtas habeat arbitriū inquirēdi,puniēdi,& cōdēnandi, & cōfinādi vt ſupra ſaluo ꝙ quilibet

posſit impune ludere ad tabulas,& ad ſchachos de die, & publice,& porte ſeu hoſtia illius domus, in qua reperte fuerint biſclatie,debeant comburi, & per totum illũ annum illa domus remneat inhabitata, ſi illa domus fuerit illius,qui tenuerit Illum ludum taxillorum,ſeu qui pręſtauerit ad dictum ludum taxillorum, & si domus non fuerit prædictorum,& domino dictæ domus ſciẽte, quod ludus teneatur in dicta domo,vindicet ſibi locum ſub pęna quod porte comburantur, & quod domus remaneat inhabitata ut ſupra,& aliter non et ſuper prędictis & quolibet prædictorum D. Poteſtas teneatur, & debeat ſingulis duobus menſibus inquirere, & inquiſitionem facere, & habeat arbitrium inquirendi, & puniendi vt ſupra, & ꝙ D.Poteſtas,& quilibet iuſdicens,ſeu iuriſdictionem exercens, in ciuitate Laudæ ad petitionem cuiuſlibet burgi, vel loci,casſine,vel molendini, teneantur & debeant, cogere omnes tabernarios ſatiſdare,quòd ipſi tabernarii nõ tenebunt ludos, nec permittent in domibus ſuis ludere, ſub pœna librarum duodecim cum dimidia imperialium & quòd communia Burgorum, & locorum, & conſules, & officiales,& quilibet eorum posſint notificare & denũtiare D.Poteſtati vel eius Vicario, & Iudici maleſitiorum, omnes & ſingulos tenentes biſclatiam,ſeu ludentes ad ludum taxillorum in eorum burgis,vel locis,vel territoriis, contra quos ſic notificatos teneantur ipſi Vicarius,& Iudex maleficiorum,& vterque eorum inquirere, & procedere ſecundum formam ſtatutorum communis Laudæ.

De pęna ludentis in nundinis & merchatis. Stat. 594.

NOn ludatur ad biſclatias in nũdinis,nec merchatis,& ſi quis cõtrafecerit,ꝙ pœna duplicetur tã ludentibus quàm tenentibus biſclatiã,& mutuantibus ad biſclatiam.

¶Quod

¶ Quod obligationes, contractus, & distractus factæ occasione bisclatie non valeant.
Stat. 595.

OMnes obligationes, alienationes, & pignorationes, contractus, & distractus, facte, & facti occasione bisclatie ipso iure sint inanes, & sine effectu, & præsumantur etiam esse facte, & facti occasione bisclatie si famosus præstator bisclatie eas receperit, per se uel submissam personam & ille, qui eam fecerit, famosus lusor fuerit,

¶ Quod non teneantur betore, nisi in certis partibus. Stat. 596.

AD hoc, vt bisclatijs resistatur, statuitur, quòd nulla betora, seu taberna, sit nec permittatur fieri, extra aliquem locum nisi in aliqua parte in qua sit de necessitate, pro eo q; frequentaretur ibi iter, & non sit ibi proximus aliquis locus, vbi possit teneri taberna, & tunc fiat, si videbitur per Anzianos, & sapientes præsidentes negotijs cômunis, & tunc teneri possit recepta prius satisdatione librarum ducentarum quinquaginta imperialium de non tenendo, nec ludi permittendo ad ludum taxilorum, reginete, ossolorum, borellarum, vel alterius bisclatie, seu ad aliam bisclatiam, & si qua betora, seu taberna contra prædicta factæ esse reperiantur, teneatur D. Potestas, & quilibet iusdicens ipsos, & ipsas facere dirrupari, & destrui, & procedere contra eos tenentes contra prædicta.

¶ Quod Anciani, & Consules teneantur denuntiare ludentes & tenentes ludum,& latrones & bannitos. Stat. 597.

ANciani Parochiarum Ciuitatis,& suburbiorum Laudæ teneantur, & debeant notificare, & denuntiare Potestati uel eius Iudici maleficiorum ipso die postquam præconizatum fuerit vel sequenti ludentes, & ludum tenentes, & mutuantes ad ludum, & bannitos de malefitio, & latrones, & homines male fame, habitantes in eorum Parochijs, seu vicinijs, & domibus, in quibus prædicta essent sub pœna librarum quinque imperialium, & Potestas quibuslibet duobus mẽsibus teneatur facere præconizari prædicta, & debeat,ipse & eius Iudices inquirere,& condemnationes facere contra Ancianos negligentes in prædictis.

¶ De auiritatoribus. Stat. 598.

SI quis auiritator repertus fuerit ludere, ad correzolam vel pulueretam condemnetur in soldis triginta imperialium.

¶ De procedendo contra infamatos de bisclatia. Stat. 599.

POtestas Laudę, & eius Iudices, possint ex officio suo inquirere, prout eis melius videbitur, contra infamatos de bisclatia, & illos, qui ludunt, & mutuant, ad ludum bisclatiarum, & illos qui tenent ludum, & illos qui faciunt furta, & recipiunt, & rapinas committunt, & eos compellere modis omnibus tam cautiones extorquendo ab eis, quam eos expellendo de Ciuitate Laudæ quàm

quam etiam eos in confinibus ponendo, prout eis videbitur, & de prædictis teneatur potestas inquirere, & condemnare vtsupra.

¶ De pœna euntis de nocte, sine lumine, vel cum armis. Stat. 600.

NVllus vadat cum armis, cum lumine uel sine armis, sine lumine, post tertium sonum campane, vsque ad campanam diei, & qui contrafecerit, si habuerit arma, amittat arma, & condemnetur in solidis triginta imperialium, & si non habuerit arma, condemnetur in solidis decem imperialium nisi habuerit lumen, & esset persona bone condictionis vt videretur in arbitrio officialis ciuitatis circantis de nocte, & si fugerit & non permiserit se circari & scribi, condemnetur in libris quinque tertiolorum, quas pœnas, si contingerit aliquam personam miserabilem in prædictis uel aliquo prædictorum incurrere, possit Potestas, & eius Vicarius pœnam minorare, & etiã si ei videbitur, aliquid modicum in ceppo poni facere, & ulterius non procedere.

¶ Eodem modo possit ipse D. Potestas, & eius Vicarius minorare pœnas vel aliquid modicum poni facere in ceppo vtsupra in miserabilibus seu pauperibus personis incidentibus in statuto de bisclatiis, & in aliis personis de modico ludentibus, vel super ludo stantibus.

¶ Quod nullus vadat ad sonandum de nocte. Stat. 601.

NVllus vadat, post tertiũ sonũ cãpanæ, vsq; ad cãpanã diei cũ lumine, uel sine lumine, cum aliqua uiola uel

lauto uel alio instrumento ad sonandum, & qui repertus fuerit contrafecisse, condemnetur in solidis centum tertiolorum,

¶ Quod requisitus, statim dicat nomen & cognomen suum, Stat. 602.

QVilibet requisitus à domino Potestate, uel ab aliquo eius Iudice, uel Collaterali uel ab aliquo magistratu, suum nomen & cognomen dicere teneatur; & teneatur & debeat dicere statim nomen suum cum suo cognomine, & qui contrafecerit, uel nomen & cognomen sibi mutauerit, condemnetur in libris decem tertiolorum: & minus arbitrio Potestatis;

¶ De Pœna portantis arma vetita. Stat. 603.

NVllus debeat portare arma uetita, offensibilia, uel defensibilia, in pallatio, uel platea cõmunis, nec infra Confinia Pallatij, uel plateæ nec per Ciuitatẽ, nec suburbios Laudæ, & qui contrafecerit, si inuentus fuerit in pallatio, uel platea; uel in confinibus pallatii uel plateæ, condemnetur in libris uigintiquinque tertiolorum, & si alibi per Ciuitatem, & suburbios inuentus fuerit cõdemnetur in soldis quadraginta tertiolorum, & amitat arma saluoq; prædicta nõ habeant locum in illis, qui uenirent de foras ad ciuitatẽ; usq; quo iuerint ad hospitia; uel exiuerint domũ suam; uel hospitium, causa eundi foras; & hospites teneantur denuntiare hospitibus suis ut arma deponant; alioquin ipsi hospites sustineant illam pęnam, & condemnationem, & seruent forasterios indemnes, habeat tamẽ Potestas arbitrium maiorem pœnam imponendi in crida

seu

seu cridis suis prout viderit expedire pro faciendo cessare portationem armorum.

¶ De pœna portantis ferrum fraudolosum. Stat. 604.

QVilibet Ciuitatis, uel Episcopatus, vel destrictus Laudæ vel aliunde, non audeat, nec debeat portare in Ciuitate Laudæ, nec suburbijs, neç Episcopatu, ferrum fraudolosum, scilicet stochum seu misericordiam, seu aliud ferrum strictum, & accutum simile stocho, & misericordiæ, & qui contrafecerit, perdat stochum, & condemnetur in libris decem tertiolorum qualibet vice nulla deffensione admissa, & si fuerit in domo Potestatis, vel pallatio, uel in platea, vel in confinibus pallatij, vel plateę duplicetur pœna, saluis alijs pœnis impositis contra portantes arma uetita.

¶ Declaratio armorum. Stat. 605.

IN omni percussione, seu ferita, & insultu intelligantur arma, lapides, baculi & quelibet instrumenta, cum quibus fiant dictæ percussiones, & feritę, vel insultus, arma vero vetita intelligantur quęlibet arma ferrea, exceptis illis, quæ apta sunt ad laboreria terrarum; vel ad alias artes & excepto vno Cultello a pane secundum mensuram signatam in camera armarij Communis Laudæ, ubi sunt tales mensure signate quę non intelligantur uetita, & portari posint impune, quantum sit in exercitio laboreriorum tantum, ad quæ deputata sunt, & non aliter, & in quantum de eis fieret aliqua percusio, vel insultus intelligantur arma vetita.

¶ Et

¶ Et aduerte, ꝙ arma ſunt aliqua, ſimpliciter, & aliqua vetita, ſed his quæro, an appellatione baliſtæ contineatur archus dic quòd non tex, eſt in, l. quibuſdam .ff. de iure etiam munita vbi dicitur quòd alij ſunt baliſtarij & alii arcuarii, & ibi hoc dicit Bart. per illum tex.

¶ De pœna ſtipendiarii mutantis ſibi nomen.
Stat. 606.

QVilibet ſtipendiarius, prædeſter, exiſtens, uel qui de cętero erit ad ſtipendium præfati domini, vel Communis Laudæ, qui reſpondebit ſibi alieno nomine, quam ſuo proprio nomine, & cognomine, & nomen patris in moſtris fiendis per officiales præfate dominationis vel cõmunis Laudæ de facto, & ſine aliqua condemnatione, componat qualibet uice communi Laudæ libras decem tertiolorum pro quolibet eorum, & minus arbitrio iuſdicentis inſpecta qualitate facti, & perſonarum.

¶ De pœna facientis ſocietatem, vel rayſam aut inuitamentum, vel ligam improbam.
Stat. 607.

NVlla perſona, vel vniuerſitas cuiuſcunque ſtatus exſtat præſumat facere ſocietatem, nec inuitamentum rei improbe rayſam vel ligam improbam, uel arma imponere in Ciuitate vel Epiſcopatu, vel diſtrictu Laudæ, niſi pro tenſando contratas communis Laudæ, & reſiſtendo inimicis communis Laudæ, & malefactoribus, & ſi contrafecerit, condemnetur, ſi fuerit actor, in libris quingẽtis tertiolorum, ſi vero non fuerit actor, in libris centum tertiolorum pro quolibet eorum, & minus arbitrio Poteſtatis inſpecta qualitate facti, & perſonarũ, & de prędictis teneatur inquirere, & condemnare ex officio.

De

¶ De pœna facientis, & procurantis contra iuriſdi-
ctionem, & honores Communis Laudæ.
Stat. 608.

NVlla perſona nullaque vniuerſitas nec communitas, ſeu terra cuiuſcunque ſtatus dignitatis vel conditio nis exiſtat, audeat, uel præſumat, directe, uel per indire. ctum, publicè, nec priuatim, nec aliquo modo attenta. re, nec procurare quòd aliqua communitas, vel vniuerſi tas, Epiſcopatus, diſtrictus, uel iuriſdictionis Laudæ, aut in eius poſſeſsione, vel quaſi iuriſdictionis, uel honoris, ſit vel fuerit Cõmunæ Laudę exheat, nec eximatur, nec ſub. trahatur a ſubiectione, iuriſdictione, dominio, & honore domini, uel Communis Laudæ, nec ſibi aut alij ſupponatur ipſa communis, uel vniuerſitas, ſeu terra quam præfato domino uel communi Laudæ, nec conſulere, nec pronuntiare eam eſſe exemptam a ſubiectione, iuriſdictione domino, nec honore præfati domini nec communis, nec alij quam præfato domino, & communi Laudæ eſſe ſup. poſitum, nec ſe ſupponere iuriſdictioni meri, & mixti im perii alicuius Ducis, Principis, Baronis, vniuerſitatis communitatis vel alterius perſone cuiuſcunque conditionis vel dignitatis exiſtat quam præfato domino uel Commu ni Laudæ, nec ab aliquo ex prædictis impetrare, nec reco. gnoſcere iuriſdictionẽ, vel choertionẽ hominum, niſi a præfato domino uel commune Laudę, nec eis impetratis vt, poſt quam per citationem, uel cuidam facta fuerit mẽ tio, ꝙ eis iuriſdictionibus, & choertionibus non vtantur per ſe nec per interpoſitam perſonam, & ſi quis contra. fecerit, attentando vel procurando, ſupponendo impe.

trando

trando, vel ex quo prohibitum fuerit utendo: non ualeat nec teneat, & si quicquam contrafactum fuerit nullius sit ualoris & momenti: & ulterius bona contrafatientis com muni Laudæ publicētur, & publicata esse intelligantur ip so facto tamquam patriæ suæ proditor: nec alicui succedere possit, sed omnes successiones quæ interim post comissum crimen ad ipsum peruenire deberent, perueniant in cōmune Laudę: & tam ipsi quam eorum descēdētes, hæredes sint perpetuo contra protectionem præfati domini & dicti cōmunis Laudæ: nec audiantur in nullibus nec in criminalibus ullo tempore, & consulentes: uel pronuntiātes contra prædicta uel aliquo prædictorum condemnetur in libris quingentis tertiolorum.

¶De pęna Damnati ad hæresi. Stat. 609.

DAmnati ad hæresi possint corporaliter puniri tam pœnis legalibus quam canonibus comprehensis.

¶De Inuitamentis. Stat. 610.

ALiqua persona cuiuscumque condictionis existat: nō audeat nec præsumat facere aliquod inuitamentum gentium, seu hominum armatorum: in Ciuitate, Episcopatu Laudæ, nec gentes seu homines armatos cōgregare, seu congregari facere in aliqua parte Ciuitatis vel districtus Laudę pro aliquo guerra, discordia cōtētione uel lite aliqua persona: cōi Collegio uel vniuersitate, Ciuitatis vel districtus, Laudæ, neque aliunde, neque alia de causa uel occasione, & ꝙ aliqua pſona, Collegiū, uel uniuersitas nō debeat ire nec stare ad aliqđ inuitamentū cum armis vel sine armis ad postulationē vel requisitionem alicuius; nec proprio motu suo pro aliqua cōtentione, lite uel contro-

uersia seu guerra, uel discordia, quæ esset, uel posset, seu speraretur esse inter aliquos singulares, seu communia, vel vniuersitates Ciuitatis Laudæ, uel aliunde in aliqua parte Ciuitatis uel districtus Laudę, nec in aliquam aliam partem extra districtum Laudæ sine expresso mandato, & voluntate, seu publica, & manifesta præconizatione facta per præcones domini Potestatis, & quòd aliqua persona commune, Collegium, vicinantia, Burgus, locus, villa, uel cassina, nec aliqua alia vniuersitas non debeat currere, nec ire cum armis seu aliquo genere armorum ad aliquam rixam, seu misclantiam, uel rumorem, quæ fieret, uel speraretur posse fieri in aliqua parte Ciuitatis, vel Episcopatus, seu districtus Laudæ aliqua ex prædictis de causis, & qui contra prædicta vel aliquod prædictorum fecerit, puniatur, & condemnetur arbitrio Potestatis inspecta qualitate personarum, & facti & ꝙ intelligatur, præsumatur, & habeatur pro plena, & integra probatione, quantum ad prædictas pœnas imponendas, & exigednas si probabitur per duos testes uel vocem, & famam cum uno teste, aliquem uel aliquos fecisse contra prædicta vel aliquod prædictorum, & quòd in prædictis & pro prædictis, & eorum occasione Dominus Potestas, & eius Iudices, & quilibet eorum habeant merum & liberum arbitrium inquirendi, cognoscendi, & puniendi quemlibet contrafacientem summarie, & extra ordinem, & sine datione libelli, & strepitu iuditij, & quolibet die feriato, & non feriato, causis, collocatis, uel non, ad eorum & cuiuslibet eorum uoluntatem liberam nullo statuto, Consilio, uel reformatione in contrarium facto non obstantibus, & quicunque fuerit condemnatus de prædictis uel aliquo prædictorum, teneatur & debeat soluere

uere condemnationem de eo factam in pecunia numerata, & sine aliqua spe alicuius cõpensationis vel remissionis, & quòd non fiat ei aliqua ratio in ciuilibus nec in criminalibus, nec petitio, vel defensio admittatur alicui, qui fuerit condemnatus pro prædictis vel eorum occasione, donec integraliter soluerit in pecunia numerata condemnationem de eo factam, & quòd si aliquis condemnatus pro prædictis vel eorum occasione, peruenerit in fortiam communis, de carceribus non debeat relaxari donec soluerit in pecunia numerata vt supra dictum est, & ꝙ quilibet possit quamlibet personam contra prædicta facientẽ accusare, & denuntiare, & quòd eius denuntiationi & accusationi plena fides adhibeatur, si probetur per duos testes, vel per vocem & famam cum vno teste fidedigno aliquem vel aliquos contra prædicta vel aliquod prædictorum fecisse.

¶De Eodem. Stat. 611.

SI de cætero in aliqua parochia, seu vicinia ciuitatis, vel burgorum coniunctorum ciuitatis, seu in aliquo burgo, castro, villa, loco, casina, vel molendino Episcopatus, seu districtus Laudæ fieret aliqu od exemplamentum, seu congregatio hominum armatorum pro aliqua cõtentione, discordia, vel guerra, seu rixa, vel misclantia, quæ esset, vel speraretur esse in aliqua parte ciuitatis, vel Episcop. seu districtus Laudæ aliqua de causa vel occasione sine præcepto & licentia domini Potestatis Laudæ, quòd consules, & Anciani, & officiales ipsius vicinantie, burgi, castri, ville, loci, casine, uel molendini teneãtur & debeant dicere, & notificare D. Potestati, seu suo Vicario prima die vel sequenti, si fuerit in ciuitate, vel infra milliaria decem

cem prope ciuitatem, & tertia die si fuerit, à viginti millia ribus infra, & si fuerit à uiginti milliarib. supra quarta die de quo ipsa congregatio facta fuerit, in qua notificatione contineatur vbi & in qua parte facta fuerit ipsa congregatio, & quo seu de quibus locis siue loco, qui erũt ad ipsam congregationem, & etiam quilibet consul, & Ancianus, & officialis cuiuslibet burgi, loci, castri, casine, & molendini de quo iuerint de vicinis eius armatis ad ipsam congregationem, seu exemplamentum teneantur denũtiare & manifestare infra primam secundam & tertiam diem aut quartam ex quo iuerint ad ipsam congregationem coram domino Potestate, vel suo Vicario, aut iudici maleficiorum & si contrafactum fuerit, condemnetur contrafacientes arbitrio domini Potestatis inspecta qualitate personarum & facti.

¶De non currendo ad rumorem tempore rumoris. Stat. 612.

NVllus præsumat ire, seu currere cum armis, uel sine, ad domum alicuius potentis, vel ad locum, in quo esset ille potens tempore vel occasione alicuius rumoris, & si quis contrafecerit, seu iuerit equester siue pedester, condẽnetur arbitrio Potestatis inspecta qualitate personarũ & facti, & si vero aliquis forasterius cucurrerit, seu iuerit tempore rumoris vel tumultus ad domum alicuius potẽtis amputetur ei pes, & dominus Potestas teneatur, & debeat de p̃dictis inquirere punire & condẽnare ex officio.

¶Quod forasterij non intrent domos hominum. Stat. 613.

NVllus stipendiarius cõmunis Laudę, nec aliquis alius forasterius audeat nec præsumat intrare per uim, seu

sine

sinelicentia rectoris, nec si intrasset possit permanere in domum aliquam alicuius ciuis Laudæ, nec alicuius mona sterij, hospitalis, vel ecclesie contra voluntatem illius, vel illorum cuius esset illa domus, & si quis contrafecerit, puniatur, & condemnetur in libris quinquaginta tertiolorū & quilibet, qui intrasset aliquam domum, vel teneret contra uoluntatem domini, cuius esset domus, vel contra voluntatem illius, qui regeret hospitale, monasteriū, vel ecclesiam teneatur eam spatiare infra tertiam diem sub prædicta pœna, & vltra perdant arma & equos, quos & quæ habent, & possint offendi in auere & persona impune, & debeat cassari à stipendio communis Laudæ, & pro cassō & cassis habeantur.

¶De pœna comittentis, vel comitti facientis spoliationem in re immobili. Stat. 614.

SI qua persona, collegium, vel vniuersitas, cuiuscunque status dignitatis, vel condictionis existat a modo expoliauerit seu expoliari fecerit, aliquem vel aliquam personam ecclesiasticam, vel secularem, commune, collegiū vel vniuersitatem de aliqua eius possesione, vel quasi rei imobilis, uel de fructibus decime, uel de iure decimationis, uel de alia quacunq; re immobili, puniatur, & condemnetur in libris quingentis tertiolorum pro quolibet eorum, & minus arbitrio iusdicentis, secundum qualitatem delicti, & persone delinquētis. Et nihilominus teneatur: seu teneantur restituere possesionem seu quasi cum fructibus spoliato, & insuper condemnetur, quòd nō debeat ipsum spoliare, & super hoc præstare satisdationem per omnia iuris remedia, & ultra prædicta religetur, si uidebitur iusdicenti, inspecta qualitate personarum & facti

& eo

& eo casu, quo videbitur iusdicenti, ipsum spoliantem, seu spoliari facientem esse rellegandum, tunc rellegetur longe a Ciuitate Laudæ per milliaria centum vel minus arbitrio iusdicentis inspecta qualitate personarum, & facti vtsupra, dum in casu rellegationis rellegetur extra districtum Laudæ, & cogatur satisdare de libris nulle tertiolorum, uel minus arbitrio Potestatis inspecta qualitate vtsupra cum bonis fideiussoribus Laudę de parendo mandatis dicti iusdicentis, & seruandis confinibus.

¶ De ui turbatiua, molestatiua, vel inquietatiua possessionis, Stat. 615.

SI qua vniuersitas, Collegium, vel singularis persona, cuiuscunque status, dignitatis, vel condictionis existat a modo molestauerit, uel turbauerit, vel inquietauerit, vel molestari, turbari, vel inquietari fecerit aliquem uel aliquam personam Ecclesiasticam vel secularem, Collegium, vel vniuersitatem in aliqua eius possesione, uel quasi rei imobilis, uel iuris inhærentis alicui rei imobili, uel fructibus decime, vel iure decimarum, puniatur, & condemnetur in libris trecentis tertiolorum pro quolibet eorum, & minus arbitrio iusdicentis secundum qualitatem delicti, uel persone delinquentis, & nihilominus teneatur, & debeat dimittere molestatum, uel turbatum, uel inquietatum in pacifica eius possesione, vel quasi, & insuper condénetur, q̄ in futurú non debeat ipsú molestare inquietare, nec turbare, & super hoc cópellatur præstare satisdationé per oĩa iuris remedia, & vltra p̄dicta relegetur, si videbitur iusdicéti, inspecta qualitate p̄sonarú & facti, & eo casu, quo uidebitur iusdicéti ipsum molestanté

inquietantem, vel turbantem, seu fieri facientem, esse relegandum, tunc relegetur longe à ciuitate Laudæ per milliaria quinquaginta, vel minus arbitrio iusdicentis inspecta qualitate vt supra, & cogatur satisdare de libris quingẽtis tertiolorum, & minus arbitrio iusdicentis cum bonis fideiussoribus Laudæ de parendis mandatis iusdicentis, & seruandis confinibus,

De contractibus super rebus inuasis, Stat. 616.

OMnes contractus, vel quasi cuiuscunq; maneriei existant, facti super rebus, in quibus sit violentia vel inuasio commissa, vel earum occasione ab anno curso millesimo trecentesimo vigesimo secũdo citra ipso iure sint nulli & pro nullis, & cassis habeantur, & teneantur, quantum est in præiudicium spoliati quo ad recuperandũ possessionem vel quasi, eo quia datum haberet vel causam, nihilominus regressum habeat contra datorem suum.

¶Quod in violentiis agnati teneantur pro agnatis non suppositis, Stat. 617.

SI contingerit aliquem non suppositum iurisdictioni communis Laudæ, vel qui ipsam innobedientiam declinauerit in furtum committere inquietationem, molestiam, inuasionem, occupationem, turbationem, vel violentiam in aliqua re imobili, vel Inde quòd fratres, nepotes, patrui, & alij proximiores vsq; ad quintum gradum secundum iura ciuilia computandum teneantur ad prædictam restitutionẽ & dimisionẽ cũ fructibus si spoliato intercesserit & siue intercesit siue non ad ipsum nõ molestan-

molestandum in futurum, & a qualibet molestatione per eum fienda relleuandum, & nihilominus prædicti non subiecti, vel qui declinant ipsam iurisdictionem, qui cõmitterent prædicta vel aliquod prædictorum sint exempti ab omni protectione, defensione, beneficio, auxilio a statutis, prouisionibus, reformationibus, & a consuetudinibus communis Laudæ, & nihilominus restituantur & reducantur in possessione omnium rerum spoliatarũ, & qui turbati, molestati, seu inquietati fuerint, pacifice manuteneantur in possessione rerum, in quarum possessione fuerint turbati, inquietati vel molestati.

¶ De violentiis notificandis per Ancianos, seu Consules Parochiarum, uel contratarum Rectores Consules Officiales, & Communia terrarum. Stat. 618.

ANciani, siue Consules Parochiarum, vel contratarũ Laudæ, Rectores, Consules, & Officiales, & Communia Burgorum, locorum castrorum, & molendinorũ districtus Laudæ, teneantur, & debeant infra octo dies a die violentie commisse notifficare Domino Potestati prædicto, vel eius Iudici ad maleficia omnes violentias, occupationes, inuasiones, molestationes, & turbationes factas, & quæ a modo fient in ipsi Parochijs vel contractis, Burgis, & locis, cassinis, & castris, & molendinis, sub pęna & banno, pro quolibet Anciano, uel Consule librarum quinquaginta tertiolorum, & cuilibet rectori vel Officiali cuiuslibet Burgi librarum 50. tertiolorum, & loci castri, cassine, & molendini librarum vigintiquinque tertiolorũ qualibet vice, & si in p̃dictis fuerint negligentes dicti Anciani, Consules, & Officiales, & cõmunia, ꝙ d. D.

Potestas, & eius Iudices ad malefitia, & quisquis eorum possint, teneantur, & debeant ex suo officio contra eos, & ea inquirere, & condemnare, & punire vt supra.

¶ Quod Callumniatus de violentia detineantur, quousque satisdederit. Stat. 619.

INquisitione formata, seu accusa, uel notificatione data de prædictis vel aliquo prædictorum Dominus Potestas & alius Iudex ad maleficia, & quisque eorum teneantur & debeant callumniantes de violentia capere, & personaliter rettinere, quousque præstiterint bonam, & idoneam satisdationem, qui non sint de magnatibus Laudæ de parendo mandatis dicti Domini Potestatis, & eius Iudicis, & de restituendo, & soluendo res in quibus commisissent violentiam, & totum id in quo condemnaretur super ipsa inquisitione, accusa, vel notificatione.

¶ Quod in Crimine spoliationis possessionis, inquietationis, vel turbationis, procedatur summariæ. Stat. 620.

IN crimine spoliationis, possesionis vel quasi, vel molestationis, inquietationis, vel turbationis, & in crimine eius, qui fecerit uel fieri fecerit prædicta vel aliquod prædictorum dominus Potestas, & eius Iudex maleficiorum, & quilibet eorum omni exceptione, nisi de banno homicidij, remota, dum tamen inquisitio habeat debitã formam per respectum ad locum, & tempus, & declarationé rei in qua dicitur, esse delictum, posfit teneatur & debeat offitio suo sumariæ, sine strepitu, & figura iuditij,

omni

omni iuris, & statutorum solemnitate ommissa, & de prædictis, & quolibet prædictorum, postquam eis vel alicui eorum notificatum fuerit inquirere, & inpuisitionem facere, & super ea procedere, condemnare, & pronuntiare infra duos menses post publicationem processus, sub pœna librarum ducentarum tertiolorum Potestati, & librarum centum tertiolorum iusdicenti, totiens quotiens prędicta non obseruauerint, & executioni non mandauerint & de prædicta spoliatione, molestatione, inquietatione, & turbatione, & quolibet prædictorum credatur Sacramento spoliati, vel molestati, inquietati, turbati, cum vno teste idoneo, & fidedigno, vel cum probatione de voce, & fama, idem in omnibus, & per omnia locum habeat, si data fuerit accusa,

¶ Quod communia teneantur soluere fictum, & redditum pro sediminibus, & terris, quæ propter potentiam alicuius non laborarentur, vel non habitarentur. Stat. 620.

SI propter conuentionem expressam vel tacitam alicuius Burgi, uel loci, vel propter nimiam potentiam, aut violentiam, alicuius, terræ uel sedimina alicuius singularis persone Ecclesiastice vel secularis, Collegij, vel Conuentus, vel vniuersitatis, iuerit guasta, & non permitterentur laborari, vel habitari, seu non laborarentur, vel non habitarentur, quod Communia Burgorum, & locorum cassinarum, & molendinarum nobilium, & vicinorum, in quorum burgis locis, & eorum territoriis fuerint sedimina seu terre, quæ irent guaste uel guasta, vel non permitterentur laborari vel habbitari vt supra, teneantur ad soluendum factum illorum sediminum, & terrarū tan-

tum quantũ illa terra & ſedimina potuerant ſeu poterant affictari: & de prædictis ſtetur, & ſtari debeat Sacramento illius, cuius illa ſedimina & terre eſſent cum uno teſte idoneo & fidedigno, uel cum probatione de uoce & fama, & de Prædictis Dominus Poteſtas & eius Iudices ad maleficia, & quiſque eorum teneantur & debeant officio ſuo inquirere, & Condemnare ſumarie, & ſine ſtrepitu & figura iuditii, & datione libelli, non obſtantibus cauſis collocatis & collocandis, nec quod is cuius erit illa terra uel illud ſedimen guſtum, ſeu quæ non permiterentur laborari ſeu habitari nõ fuerit ad exercitus, uel quod fodra ſeu taleas non ſoluerit,

¶ De aduocato, & procuratore dando deponenti quærimoniam in uiolentiis. Stat. 622.

SI Quis depoſuerit q̃rimoniam de aliqua occupatione, uel inuaſione, uel turbatione, uel quaſi alicuius rei ſibi facta, & dixerit non poſſe habere aduocatum uel procuratorem, quod D. Poteſtas, & eius Iudices teneantur & debeant eidẽ dare unum uel plures aduocatum uel aduocatos & procuratores, & modis omnibus eos compellere cũ competẽti Salario ad prædictam aduocationem & procurationem faciendam præſtito ſacramento per ipſum aduocatum ſeu aduocatos, & procuratores de ipſa aduocatione & procuratione bona fide & legaliter faciendi.

¶ De pœna dicentis in iuditio uel extra uerba iniurioſa. Stat. 623.

SI Qua perſona dixerit alicui uerba Iniurioſa extra Iuditium condẽnetur in lib. duabus tertiolorũ, & ſi in iudicio,

iuditio, vel coram Iudice condemnetur in libris sex tertiolorum, & si quis dixerit alicui, tu es falsus vel falsarius uel falsitatem aliquam commisisti, sit pœna ei librarum viginti tertiolorum quarum omnium pœnarum huius statuti medietas sit Communis Laudæ, & alia iniuriati, saluo quòd si partes de se conuenerint vel remiserint sibi verba iniuriosa nullatenus procedatur.

¶ Quod statuta facta de violentiis mandentur executioni. Stat. 624.

PRædicta statuta, & quodlibet eorum edita super violentiis mandentur executioni, non obstantibus allegationibus, seu exceptionibus fodrorum, stel talearum, vel exercitus, vel banni, seu contumatie ciuilis.

¶ In quos peruenire debent condemnationes violentijs. Stat. 625.

MEdietas omnium pœnarum imponendarum occasione prædictarum violentiarum perueniat, & peruenire debeat in offensum, seu eius hæredes, & alia in commune Laudæ.

¶ De pœna superstitum carcerum, qui relaxarent carceratum extra carceres, aut fugere extra carceres. Stat. 626.

SVPERSTES seu custos carcerum, qui dimiserit fugere, aut de carceribus extraxerit carceratum sine licentia Potestatis, aut Iudicis cum mandato captus fuerit vel sui successoris, & carceratus fuerit pro delicto

pecuniario], condemnetur ad soluendum debitum, pro quo talis captus fuerit detentus illi ad cuius instantiã erat captus, & si ex causa maleficij detentus erit, condemnetur superstes, seu custos carceris ad id & ad illud supplicium, & pœnam ad quod & ad quam tenebatur carceratus taliter relaxatus, & qui fugerit vt supra, & prędictą omnia habeant locum, nisi superstans vel custos consignauerit dictum carceratum in fortiam Potestatis, uel Iudicis cuius mandato fuerit detentus infra terminum ei super hoc assignandum, & si eum consignauerit, condẽnetur, nihilominus custos siue superstans in libris quingentis tertiolorum si ingeratur pœna sãguinis, & in quarta parte eius in quo dictus carceratus teneretur, si non ingeratur pœna sanguinis.

¶De fractore carcerum. Stat. 627.

RVmpens, vel frangens carceres, vel hostia carcerum, dolose, & causa fuge, & etiam fugiens de carceribus, puniatur realiter & personaliter arbitrio Potestatis, considerata condictione persone, & qualitate, & causa delicti.

¶De pœna superstitis carcerum grauantis carceratum indebite. Stat. 628.

CVstos carcerum, seu superstes nõ debeat aliquem detentum imbogare, vel ponere in cepo, vel loco putrido, nec tenere sine licẽtia Potestatis, vel Iudicis, cuius præcepto detentus fuerit, nec etiam cibum vel potum carcerato auferre, nec denegare per se vel alium, nec aliud grauamen vel asperitatẽ sibi facere, vltra custodiam solitam & ordinatam, nisi prout communiter fit aliis carceratis,

& si

& si contrafecerit pro quolibet, & qualibet vice, condemnetur & puniatur in libris vigintiquinq; tertiolorum, & maiori & minori arbitrio Potestatis, considerata qualitate facti, & persone, & delicti.

¶ De Pœna maledicentis Deum & Beatam Virginem Mariam. Stat. 629.

NVlla Persona blasfemet, vel maledicat Deum vel Beatam Virginem Mariam, sub pœna amputationis lingue, hoc saluo quòd si infra decem dies à tẽpore quo peruenerit in fortiam communis, postquam fuerit condemnatus, soluerit libras viginti tertiolorum communi, sit liberatus & absolutus ab amputatione lingue, & quilibet possit prædictos accusare infra decem dies, a die quo sic blasfemauerit Deum vel Beatam Virginem Mariam, & non vltra dictos decem dies contra eum possit nec valeat procedi per inquisitionem nec per officium.

¶ Adest decretum super blasfemiis.

De pœna maledicentis Sanctum uel Sanctam. Stat. 630.

NVlla persona blasfemet, nec maledicat aliquem Sanctum, vel sanctam, sub pœna librarum decem tertiolorum pro quolibet & qualibet uice, & possit per quemlibet accusari, & procedi per officium domini Potestatis usque ad decem dies & non ultra, quam pœnam, si soluere non possit, ponatur ad berlinam, & frustigetur acriter per ciuitatem Laudæ.

¶ Eadem pœna puniatur ille, qui nominauerit aliquem, blasfemando turpe uerbum, quod appellatur uermis canis, & possit accusari, & procedi ut supra proxime.

De

¶ De pœna proijcientis lapidem fraudulenter. Stat. 631.

SI quis proiecerit lapidem vel lapides contra aliquem vel aliquam fraudulose, & feritam non fecerit, condemnetur in libris quatuor tertiolorum, & si fecerit percussionem sine sanguinis effusione, códemnetur in libris viginti tertiolorum, & si cum sanguinis effusione, condemnetur in libris quadraginta tertiolorum pro qualibet percussione, & hoc nisi proijciens sit minor duodecim annorum completorum.

¶ De pœna decapilantis aliquem. Stat. 632.

SI qua persona decapillauerit aliquem, condemnetur in libris quatuor tertiolorum pro quolibet, & qualibet vice, saluo quòd prædicta non habeant locum in minoribus annis duodecim, & hoc statutum non intelligatur in eo, qui decapillauerit aliquem, corrigendo decapillatum.

¶ De pœna sburlantis aliquem. Stat. 633.

SI aliqua persona sburlauerit aliquem, sine sanguinis effusione, condemnetur in libris quatuor tertiolorum & si cum sanguine in libris decem tertiolorum.

¶ De pœna lacerantis alteri pannum vel pannos. Stat. 634.

SI qua persona fraudulose vel iniuriose dilacerauerat pannũ vel pannos alicui persone, condemnetur in libris sex tertiolorum Communi Laude, & ad restitutionẽ extimationis seu valimenti draporum fractorum iniuriato

to in duplum, & si aliquis ceperit aliquam personam per pãnos sine dilaceratione fraudolose uel iniuriose, condẽnetur in libris quatuor tertiolorum pro quolibet, & qualibet uice

De Pœna accipientis caputium alicui. Stat. 635.

SI quis acceperit caputium alicui persone de capite Iniuriose eo Inuito, condemnetur, in libris duabus tertiolorum pro quolibet & qualibet uice,

De Pœna uendentis eadem rem Imobilem duobus emptoribus. Stat. 636.

SI Qua persona uẽdiderit aliquam rem imobilem duobus personis, comdẽnetur, & comdemnari debeat, uedens si res uendita erit extimationis, & ualoris librarum ducentarum tertiolorum: & abinde supra in libris centũ tertiolorum aplicandarum cõmuni Laudę, & in omni dãno, dispendio: & interesse applicando emptori cui nõ fuerit tradita possesio ipsius rei: & si res minoris pretii librarum ducentarum tertiolorum cõdemnetur in libris quinquaginta tertiolorum pro quolibet & qualibet uice appli candarum ut supra, & quòd eadem pœna uendicet sibi locũ in cessionibus iurium duobus factis quolibet titulo per eãdem personam, & quòd prędicta pœna habeat locum si duobus titulo donationis, uel uni titulo emptionis & alteri donationis fuerit alienata per eandem personam.

¶ Eadem pęna teneatur cedens, qui postea liberauerit per liberationem quæ pręiudicaret ei cui cessa sunt iura.

¶ Quod banniti de maleficio posșint impunę offendi. Stat. 637.

OMne Bannum, Iniuria, & maleficium datum & factũ In persona uel rebus bãniti de maleficio, ex quo pœna ultimi

vltimi suplitij ingeratur, perpetuo remaneat impunitum & impunita, & processus qui fieret per quemcunq; rectorem, sit ipso iure nullus eo excepto, quod si offensio fieret illi bannito pro illum uel illos qui in pace uel treuga secum forēt, perinde maleficium puniatur: ac si in banno maleficii offensus, non esset, si uero quis fuerit bannitus de maleficio, ex quo pęna sanguinis ingeratur possit offendi in rebus & persona præter effusionem sanguinis, si uero fuerit bannitus, ex quo pęna sanguinis nō ingeratur, possit in rebus non in persona offendi, & prędicta nō habeant locū in bannis de maleficiis propter fideiussoriam.

¶Quod banniti dę maleficio non admittantur. Stat. 638.

BAnniti de maleficio non admittantur ad petitionem sui iuris ad aliquod testimonium reddendum, banniti uero pro maleficio & fideiussoria perhibere testimonium possit, nisi alias prohibeatur a Iure.

¶De Iurisdictione Vicariorum in condemnando Custodes. Stat. 639.

QVilibet Rector, seu Vicarius: cuiuslibet castri, burgi seu loci in quibus fiunt & fieri solent custodie de die, uel de nocte possit punire, & condemnare de facto absq; sententia, uel præcepto uel alia solemnitate quemlibet nō uenientem per se uel idoneam personam ad custodiam, uel a custodia recedentem, uel malam custodiam facientem, usq; in solidis decem tertiolorū suo arbitrio & plus & minus.

¶De

¶ De pœna accusantis vel denuntiantis qui non possit sustinere. Stat. 640.

SI quis aliquem accusauerit, vel denuntiauerit coram aliquo iusdicẽte de aliquo crimine, & ipsam accusam seu denuntiationem persecutus non fuerit vsque ad sententiam, si lata fuerit sententia absolutoria, talis accusans condemnetur in libris centum tertiolorum, si accusatus vel denuntiatus veniebat morte, puniendus, si probatum fuisset, & in libris quinquaginta tertiolorum, si accusatio vel denuntiatio fuerit de crimine, ex quo pœna sanguinis citra mortem ingeratur & in libris decem tertiolorum si fuerit de crimine, ex quo pœna sanguinis non ingeratur, & in quolibet dictorum casuum talis accusator seu denũtiator condemnetur in expensis accusato seu denuntiato quarum pœnarum medietas perueniat in Cõmune Laudæ, & alia in accusatum vel denuntiatum.

¶ De Maleficijs notificandis. Stat. 641.

COnsules vicinarum, ea die qua homicidium seu ferita sanguinolenta facta fuerit in earum Parochia vel sequenti die notificare teneantur ipsam feritam, seu homicidium coram Domino Potestate, vel Iudice suo ad maleficia, & hoc sub pœna librarum quinque tertiolorũ de suo proprio hauere pro sola ferita sanguinolenta, & librarum decem tertiolorum pro ferita ex qua moriatur homo.

¶ Item Consules, & officiales cuiuslibet Burgi, & loci teneantur, & debeant modo simili notificare feritas sanguinolentas & homicidia, quæ in eorum Burgis, & locis fuerint

fuerint ꝑpetrata,& hoc infra quintā diem ſub pœna cõmu ni burgi librarū 10. tertiolorū,ſi fuerit commiſſum homicidium,& librarum 5. tertiolorū, ſi fuerit ferita ſanguinolenta, & communi loci, librarum quinque tertiolorum, ſi fuerit commiſſum homicidium & librarum trium tertiolorum, ſi ferita ſanguinolenta facta fuerit ex qua non moriatur, & prædicta habeant locum, ſi fuerit ab ortu ſolis uſq; ad occaſum,& ſi prędicti Conſules Viciniarū prædictarum, & officiales fuerint negligentes in notificando utſup. quod Poteſtas & eius Iudex ad maleficia poſſint inquirere de ipſa negligentia contra ipſos Conſules & Officiales & ipſos punire,& condemnare utſupra,& prædicta omnia & ſingula in prædictis capitulis ſuperius,deſcripta non habeant locum ſi miſclantia ferita, uel homicidium fuerit inter forenſes,

¶ De ſatiſdatione præſtanda de non offendendo. Stat. 642.

POteſtas, & eius Iudex ad maleficia & quilibet eorum omnibus Iuris remediis teneatur ad petitionem cuiuſlibet petentis & timentis de aliquo ne eum offenderet cogere ipſum & ipſos, de quo uel quibus timeat ſatiſdare cum bonis fideiuſſoribus Laudæ de libris, quingentis tertiolorum,& plus & minus arbitrio Iudicis inſpecta qualitate perſonarum & facti de nõ offendendo ipſum in perſona uel rebus.

¶ Quod ſtatuta facta contra Mercatores fugitiuos ſeruentur, & executioni mandentur. Stat. 643.

STatuta mercatorū Mediolani facta contra mercatores fugitiuos ſeruentur & executioni mandentur per

Dominum

Dominum Poteſtatem Laudæ & eius Iudicem, ac ſi in earum perſonarum eſſent condita.

¶ Quod ſuſpenſio banni & condemnationis habeatur pro abolitione & canzellatione durante tempore in ſuſpenſione contento. Stat. 644.

SVſpenſio banniti vel condemnati ſeu banni vel condemnationis tam, hactenus facta quam in futurũ fienda per magnificum dominum dominum noſtrum vel de eius mandato habeatur pro abolitione, & canzellatione banni & condemnationis quo ad omnem effectum iuris durante tempore in ſuſpenſione contento, non obſtantibus aliquibus cridis, ſtatutis prouiſionibus vel reformationibus in contrariũ hactenus factis vel in futurũ fiẽdis.

¶ De bonis bannitorum de rebellione communis Laudæ publicandis. Stat. 645.

SI quis bannum de rebellione communis Laudæ receperit, & in eo præterierit, bona eius publicentur, & in commune Laudæ perueniant, & ipſo iure publicata, & in commune perueniſſe intelligantur, ſaluo iure creditorũ & deſcendentium prout in ſtatuto homicidij continetur & ſi in fortiam communis Laudæ peruenerit, capite puniatur, rebellis vero communis Laudæ non bannitus puniri poſſit & condemnari in hauere vel perſona arbitrio Poteſtatis inſpecta qualitate facti & perſone, & ſi quis tractauerit cum talibus inobedientibus & rebellibus communis Laudæ & quocunque alio ſingulari collegio, vel vniuerſitate, ex quo ſtatus magnifici domini domini noſtri

ſtri vel communis Laudæ turbaretur vel turbari poſſet vel litteras uel nuntios ſiue ſpias receperat uel mandauerat in detrimentum præfati ſtatus, puniatur in hauere vel perſona arbitrio Poteſtatis inſpecta qualitate perſonarũ, & facti & in prædictis caſibus, & quolibet eorum dominus Poteſtas,& eius Iudices & quilibet eorum ſuo officio debeant & teneantur inquirere per inditia argumenta, & tormenta & omnibus aliis modis, quibus melius videbitur & punire & condemnare.

¶ De his qui intelliguntur eſſe rebelles Stat. 646.

REbelles Communis Laudæ intelligantur iure noſtro illi qui aduerſantur pacifico ſtatui magnifici domini domini noſtri, & Communis Laudæ.

¶ Quod tenentes bona bannitorum uel rebellium Communis Laudæ ea reſtituant communi cum fructibus. Stat. 647.

ILli, qui tenent bona bannitorum uel rebellium Communis Laudæ ſine iuſta cauſa teneantur illa bona reſtituere Communi Laudæ cum fructibus perceptis & percipiendis uſq; ad tempus reſtitutionis, & relaxationis fiende. Communi Laudæ de ipſis bonis.

¶ De pœna tractantis contra ſtatum pacificum Communis Laudæ. Stat. 648.

SI qua perſona Ciuitatis, Epiſcopatus, aut diſtrictus Laudæ vel aliunde fecerit tractauerit vel procurauerit per ſe vel per alium cum inimicis Communis Laudæ contra pacificum,& bonum ſtatum magnifici domini domini noſtri,& Communis Laudæ, ſi venerit in fortiam Cõmunis

munis Laudæ: capite puniatur, & si non peruenerit in fortiam communis: quòd banniatur de maleficio & proditione patriæ, & bona eius publicentur.

¶Quod bona bannitorum perueniant in commune, saluo iure creditorum & descendentium, & habentium ius in eis. Stat. 649.

DOminus Potestas Laudæ teneatur, & debeat dare operam cum effectu quòd bona omnium bannitorum communis Laudæ de maleficio, quorum bona sunt publicata, aut erunt per statuta aut per sentẽtiam in commune Laudæ, perueniant, Saluo iure creditorum & aliorum habentium ius in ipsis bonis, & descendentium, & prout in statuto de homicidio continetur.

¶De bonis bannitorum inquirendis, & faciendis peruenire in commune Laudæ. Stat. 650.

IVdex, qui deputatus fuerit ad bona talium bannitorũ, teneatur & debeat omnibus modis, quibus melius poterit, inquirere & inquiriri facere bona quæ per tales bannitos tenebantur & possidebantur tempore maleficij perpetrati: & facere ea, prout publicate fuerint peruenire in cõmune Laudæ.

¶De tractantibus contra statum domini. Stat. 651.

AD hoc vt hi, qui ausu temerario vellent & voluissent aduertere vel turbare Potestas tranquille dominiũ & statum magnifici domini domini nostri & bonum & pacificum

cificum ſtatum Ciuitatis Laudæ, puniri poſsint, & debeant iuxta ſuorum actuum de meritũ, & exigentiam de his, quæ delinquiſſent,& attentaſſent quam quæ committerent, & delinquerent, & attentarent omni modo iure, & forma quibus melius potuit,& poteſt præfatus magnificus dominus prouidit,& ordinauit prouidet,& ordinat quod nulla perſona vndecunque ſit, & cuiuſcunque conditionis exiſtat audeat vel p̄ſumat dicto vel facto per ſe vel alium tractare cũ aliquo vel aliquibus aliqua; per qua præſens ſtatus Ciuitatis Laudæ in aliquo ledatur, nec ledi præſumatur,ſeu etiã turbari mutari vel ledi poſſet vel poſſit,nec litteras,Nuntios,vel Ambaſciatores,ſeu ambaſsiatam alicui vel ab aliquo mittere vel recipere vel portare, nec tractantibus, mittentibus, vel recipientibus vel portantibus, etiam ſi eſſent minima modo aliquo conſcentire, aut eis opem,vel auxilium, ſeu fauorem aliquem dare,nec præſtare,& ſi ſciuerint aliquem vel aliquos contrafacientes,mittentes litteras,ambaſiatas,vel nuntios,illum vel illos infra ſecundam diem dicto magnifico domino domino noſtro aut eius Vicario ſeu Poteſtati notificare teneantur, & ſi quis repertus fuerit in præſentium vel in futurum prædicta vel aliquod prædictorum feciſſe,vel in aliquo contra ea veniſſe ſeu etiam tacuiſſe puniatur,& in præteritũ puniri potuiſſet in perſona, & hauere arbitrio cuiuſlibet Vicarii nec non Iudicis maleficiorum Ciuitatis Laudæ, & alterius cuiuſcunque iuſdicentis,cui commiſerit,& de prædictis quilibet ſupraſcriptorum iuſdicentiũ poſsit,& in præteritũ potuiſſet ꝓcedere punire,& cõdemnare vtſupra dictũ eſt tã ex officio quam per inquiſitionẽ, & extra ordinem,ꝓut & ſicut videbitur & placuerit, contra quẽcunque,& quiſcunque inculpatos uel ſuſpectos de

prædictis

prædictis seu aliquo uel aliquibus eorũ, & ad tormẽta ꝑce
dere & ꝑcessisse semel & pluries repetere uel repetisse indi
tio, seu inditiis, seu p̄sumptionibus p̄cedentibus, & etiam
sine inditio seu inditiis præcedentibus: vel de nouo super-
uenientibus vel superueniente: prout eis videbitur & pla-
cuerit & placuit & omissa omni statutorum & iuris solē-
nitate & substantia etiam nulla præcedente inquisitione
denuntiatione, uel accusatione, vel declaratione: ita quòd
tam in preteritum, quam in futurum potuerint & possint
prout eis vel alicui eorum placuerit & placebit vel placuit
vt supra dictum est & infra dicetur processisse: & proce-
dere absque alicuius sindicatione, vel grauaminis impres-
sione, vel metu reali vel personali, & quòd prædictorum
occasione nullatenus sindicari possint molestari vel mo-
do aliquo grauari realiter vel personaliter quocunq; mo-
do processerint in præteritum vel procedant contra præ-
dictos vel aliquem prædictorũ contra quos orta fuisset su
spectio in animo alicuius iusdicentium prædictorum, li-
cet aliter non appareat: apparuerit: vel apparebit: etiam si
torti essent in præteritum vel torquerentur in futurũ esto
ꝙ fuerint reperti culpabiles post illam torturam vel ante:
& esto ꝙ mortui essent ipsi vel aliquis eorum in præteritũ
vel in futurũ morirentur occasione torture facte de ipsis
vel aliquo ipsorum: & intelligantur esse vel fuisse de præ-
stantibus opem, auxilium, vel fauorẽ prædictis; quicunq,
pro illis seu illo qui inculpari essent de p̄dictis seu aliquo
prædictorũ prece, verbo, vel scriptura porrexerit vel alle-
gauerit vel porrexerit dicto magnifico domino domino
nostro seu alicui iusdicenti, vel interposite persone, vel
per interpositam personam vel palam vel occulte: vel qui
tanquam procurator vel aduocatus accesserit ad aliquem

deat uel præſumat participare cum aliquibus Barouariis, vel ſeruitoribus occaſione ſuper vel de aliquibus pignoribus ſub pœna cuilibet contrafacienti pro vno denario in quatuor, qui perueniant pro tertia parte ad cameram domini pro tertia parte Communi Laude, & pro tertia accuſatori,& quilibet posſit accuſare & adhibeatur plena fides accuſari cum Sacramento,& uno teſte fidedigno.

¶ Super pignerationibus. Stat. 654.

STatuimus,quòd quotienſcunque contingat aliquam Communitatem vel ſingularem perſonam conqueri, de aliqua pigneratione,quam dicat indebite fore factam teneatur iuſdicens, cuius parte facta fuerit talis pignoratio infra tertiam diem,poſtquam ei fuerit requiſitum terminaſſe, & diffiniſſe an dicta pignoratio facta fuerit debite vel indebite, & ſi reperiretur indebite facta infra dictũ terminũ reſtitui feciſſe pignoratis dicta pignora cum expenſis damnis, & intereſſe paſtis per dictos pignoratos, & hoc ſub pœna librarum decem imperialium cuilibet de ſuo ſallario qualibet vice de quo ſui diceretur.

¶ Item ſtatuerunt, quòd aliqui Notarij officiorum Communis Laudæ nõ poſſint quicquam petere, conſequi nec habere pro aliqua ſua mercede, elapſo termino ſui officij per duos mẽſes,& ꝙ nulla pignoratio nec licentia pignorandi fiat nec concedatur ad petitionem vel inſtantiam alicuius ex dictis Notariis niſi prius citatis his a quibus ꝑtendere velint habere debere, & quod etiam habeat locũ in pignerationibus fiendis ad inſtantiam datiariorum dicti Communis.

iacent ad litteram iubemus,& mandamus, retentis tamẽ in nobis arbitrio, Potestate, & bailia dicta statuta corrigẽdi, ipsisq; adendi, diminuendi, & ea emendandi, & interpretandi, prout nobis videbitur & placebit. non intendentes ꝓpterea ꝙ hoc ꝑiudicetur in aliquo decretis nostris factis vel fiendis data Mediolani die 9. mensis Iulij 1390.

¶Ego Antonius de Rappis Notarius Canzellarie præfati Illustris Principis & Magnifici domini domini nostri Mediolani &c. Comitis virtutũ Imperialis Vicarii generalis iussu nobilis viri D. Camoli de cliuo Secretarii præfati Illustris domini in testimonium pręmissorũ me subscripti.

¶Statuta addita volumini statutórum communis Laudę.

¶De Cereis Sancti Bassiani fiendis & manutenendis, Stat. 656.

QVælibet vniuersitas, communitas, collegium, & quilibet paraticis ciuitatis, burgorũ, & Episcopatus Laudæ teneatur & debeat singulo anno ad festum Sancti Bassiani Confessoris & Protectoris Laudensiũ facere seu fieri facere cereum suum, eis modo & forma prout ea cerea fieri solita sunt, & ipsa cerea portare, seu portari facere, & manutenere more solito ad Ecclesiã Sancti Bassiani prædicti quæ est Ecclesia Maior Laudæ, sub pœna pro quolibet cereo florito librarum quinq; imperialiũ & pro qualibet asta librarum decem cere, & abinde infra libre vnius imp. & abinde supra vsque ad libras 25. cere librarũ duarum imp. & abinde supra librarum trium imperialium, & ipse dominus Potestas teneatur, & debeat omni anno in vigilia Sancti Bassiani hora prima noctis circari facere

ipsa cerea, & teneatur & debeat punire & cōdēnare quas libet vniuersitates, communitates, & collegia, ac paratica quæ omiserint prędicta facere & adimplere vt supra, & vltra teneantur cerea prædicta & astas prædictas facere more solito, & portare ad Ecclesiā infra quindecim dies post condēnationem fiendam vel ante, & dimittere ad ipsam Ecclesiam tanto tēpore prout alia cerea & aste remaneant quæ pœnæ applicentur communi Laudæ & quilibet locus habēs familias viginti, teneatur facere cereum in asta librarum duodecim cere ad minus & si fuerint pauciores familie ad eorum arbitriū, possint & teneantur facere, & abinde supra ad cōputum medie libre cere pro qualibet familia, & quòd omni anno ante festum Sancti Basfiani per mensem vnum fiat proclamatio de prædictis per ciuitatem Laudæ.

¶ De pactis creditorum ingrediendi in possesionem. Stat. 657.

PActa creditorum ingrediendi possesionem sua auctoritate non vendicent sibi locum contra extraneū possessorem, nisi prius citato extraneo possessore, & facta fide per creditorē de iure suo, & nisi auditis exceptionibus & defensionibus possidētis, libello dato per creditorem, si petitus fuerit per extraneum possessorem iuris ordine vtrique seruato iurante prius possessore quòd non tenet, nec possidet in fraudem creditoris seu petitoris, & ad cōmodum seu vtilitatem illius cum quo pactum fuerit cellebratum seu successoris sui, & si illud sacramentum facere recusauerit, mittatur petitor in possesionem secundum formam pacti, & taliter agenti non posit opponi quòd non

non fecerit perſonalem conuentionem vel bonorum excusſionem contra principalem debitorem vel fideiuſſorem & eorum hæredes res & bona.

¶De expenſis reſtituendis per ſubcumbentem in interlocutoria. Stat. 658.

ITem in qualibet interlocutoria incidenti vel emergenti, in qua datus ſit ſapiens teneatur ſuccũbens reſtituere aduerſario expenſas factas occaſione dicte interlocutorie prout taxabuntur per conſultorem, qui conſultor in ſuo conſilio teneatur ipſas expenſas taxare, & quas compellatur per omnia iuris remedia ſoluere etiam non expectata diffinitiua ſententia, & hoc in quocunque iudicio, controuerſia vel lite, niſi ille qui obtinuerit, habuerit obtentum ex nouiter productis poſt comisſionem, quo caſu ſuccumbens non teneatur.

¶De libris gubernatoris pignorum conſignandis ad cameram armarij in fine officii. Stat. 659.

CAneuarius ſeu gubernator pignorum in fine ſui officij vt ſupra infra decem dies poſt exitum ſui officij, teneatur cõſignare omnes libros ſuos dicti officij, vel eorum exempla ſubſcripta manu ſua ad cameram armarij communis Laudæ ſub pęna librarum quinquaginta imp. applicandorum pro medietate communi Laudæ, & pro alia medietate notificanti, & ad hoc etiam compellatur quandocumque per D. Poteſtatem Laudæ, ſub pœna eadem per omnia iuris remedia.

Rubrica

¶ Rubrica generalis de solemnitatibus instrumentorum.

¶ De solemnitatibus obseruandis in vltimis voluntatibus seu testamentis. Stat. 660.

SI quis de cætero testamentum facere voluerit vel relinquere in vltima voluntate, vel hęredem instituere hoc liceat facere, nisi alias prohibeatur a iure testari vel relinquere, adhibitis tamen & rogatis septem testibus, & duobus notariis computato notario, qui tradet instrumentũ qui omnes vel pro maiori parte, sint noti testatoris, & intelligantur noti testatoris si notarius hoc scripserit in testamento seu instrumento, nisi cõtrarium probetur & de ipso testamento seu vltima voluntate fiat publica scriptura & aliter non valeat, saluo ꝙ per hoc statutum nõ derogetur testantibus seu testari uolentibus in scriptis secundum ius commune, & intelligãtur notarij & testes interfuisse vt supra, si hoc in instrumento fuerit scriptum per tabellionem qui tradet instrumẽtum, vel si hoc appareat per subscriptionem ipsorum notariorum.

¶ Rubrica de solemnitatibus in donationibus obseruandis. Stat. 661.

NVlla donatio rei imobilis valentis libras vigintiquinque tertiolorum vel abinde supra inter viuos etiam causa mortis in sanitate donantis vendicat nisi ipsa donatio facta fuerit coram duobus iurisperitis duobus ex consulibus iustitie Laudæ quattuor notariis computato notario tradenti instrumentum & tribus testibus, & nisi fuerit integra-

integraliter registrata ad cameram armarii Communis Laudæ infra triginta dies a die ipsius donationis factæ cõputandos, & posint fieri donationes vbique in Ciuitate & Episcopatu Laudæ, & omni die feriato, & non feriato etiam introducto in honorẽ Dei, & dictæ donationes possint fieri etiam extra iurisdictionem Laudæ seruata solẽnitate illius terre in qua fieri contigerit, dummodo registrentur ad cameram armarij Communis Laudę infra dictum terminum, & aliter non valeant, Saluo & reseruato quòd non fiat præiuditium statuto loquenti de alienatione non fienda in non subditos.

¶ De solemnitatibus emancipationum. Stat. 662

NVlla emancipatio valeat nisi facta fuerit coram duobus iuris peritis duobus ex Consulibus Iustitiæ Laudæ, & quattuor notarijs computato notario traddente instrumentum & tribus testibus notis, & nisi fuerit integraliter registrata ad Cameram armarij Communis Laudæ infra triginta dies a die ipsius emancipationis factæ computandos & posint fieri vbiq; emancipationes in Ciuitate & Episcopatu Laudæ, & omni die feriato & non feriato etiam introducto in honorem Dei, & quòd dictæ emãcipationes fieri posint etiam extra iurisdictionem Communis Laudæ seruata tamẽ solemnitate illius terre in qua fieri cõtigerit dummodo registrentur ad cameram armarij Communis Laudæ infra dictum terminum, & aliter non valeant saluo ꝙ si emancipatio aliqua non fuerit registrata utsupra, hoc solummodo noceat emancipatio, & non præiudicet creditoribus nec alijs contrahentibus cũ tali emancipato sed valeat ipsa emancipatio in præiuditium ipsius emancipati, & creditoribus prosit, & alijs cõtrahentibus

trahentibus cum emancipato vtſupra ac ſi regiſtrata fuiſſet ipſa emancipato prout ſupra continetur.

¶ De teſtibus adhibendis in inſtrumentis. Stat. 663.

IN quolibet inſtrumento adhibeantur tres teſtes ad minus inter quos ſit ad minus vnus qui ſit notus contrahentium ſeu illorum vel illius qui fieri facient vel fieri faciet inſtrumentum, alioquin inſtrumento non ad habeatur fides, & ſcribat ille tabellio in illo inſtrumento nomē, & cognomen cuiuſlibet teſtis, & nomen patris eius, & vnde ſit habitator ille teſtis, & intelligantur noti, ſi hoc in inſtrumento per tabellionem qui tradet inſtrumentū fuerit inſertum niſi probetur contrarium in ſindicatibus vero & procuris quantum ad teſtem notum ſufficiat ſi teſtis cognouerit illum de cuius mandato, vel ad cuius mandatum vel ad cuius inſtantiam ſit inſtrumentum ſindicatus & procure dum Ita ſcribatur per Notarium in dicto inſtrumento vtſupra.

¶ De Notarijs apponendis in contractibus. Stat. 664.

SI à decem libris tertiolorum ſupra ſeu de re vel iure valente vltra dictam quantitatem contractus ſiue diſtractus vnde rogetur inſtrumentum vſque ad libras centum tertiolorum interſint duo tabelliones contractui, diſtractui computato Notario qui tradet inſtrumentum, & a centum libris tertiolorum ſupra ſeu de re vel iure valente vltra dictam quantitatem tres Notarii interſint computato notario qui tradiderit inſtrumentum alioquin inſtrumento fides non adhibeatur, & intelligatur ipſos notarios interfuiſſe vtſupra, ſi hóc in inſtrumento fuerit inſertum

tum

tum per tabellionem, qui tradet instrumentum, vel si hoc appareat per subscriptiones eorum factas in instrumento ipso.

¶ De contractibus recipiendis nomine alterius.

Stat. 665.

SI quis cõtractus vel distractus vel obligatio recipiatur nomine seu ad partem, & vtilitatem alterius per Notarium ius acquiratur ipso iure absque alia cessione illi vel illis, quorum nomine fuerit receptus vel recepta.

¶ Quod Notarij Communis consulum extimatorum & aliorum officialium Communis Laudę, teneantur portare scripturas ad Cameram armarij.

Stat. 666.

ITem statuit Commune Laudæ, quòd omnes Notarij Communis Laudæ clausorum Iudicis datiorum Consulum extimatorum, & aliorum officialium dicti Communis teneantur, & debeant portare ad Cameram armarij Communis Laudæ omnes, & singulas eorum scripturas factas ad bancum eorum officiorum, & coram eis tempore regiminis eorũ infra quindecim dies immediate sequentes post exitum officii sui, ita quòd ibi custodiantur & seruentur ad æternam rei memoriam, & prædicta facere teneantur pœna librarum vigintiquinque tertiolorum pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice, & hoc facere teneantur finito officio suo infra quindecim dies post finitum officium suum, & si non fecerint, quilibet possit notificare, & credatur notificatori cum sacramento, & cum sacramento officialis deputati ad cameram armarij dicti Communis, & nihilominus teneantur ad consignationem prædictam faciendam, & prædicta non habeant

locum

locum in Cancellariis & rationatoribus communis Laudæ nec in officio terizini vilani.

¶ Quod nullus posſit eſſe Conſul iuſtitie Laudæ; niſi ſit Iudex vel notarius. Stat. 667.

ITem ſtatuit commune, Laudæ, q̃ nullus de cætero poſſit eſſe conſul iuſtitie Laudę; niſi fuerit iudex vel notarius de collegio notariorum Laudæ, & fuerit ętatis annorum triginta vel ultra, & quilibet exercens officium conſularie contra prędicta, condemnetur per dominum Poteſtatem ſeu eius iudices in libris uigintiquinq; tertiolorum qualibet uice, & ſindicentur conſules quolibet anno de geſtis & ommisſis per eos in eorum officiis, & teneātur conſules tempore ſui ſindicatus ſatiſdare cum bonis fideiuſſoribus de ſtando ad ſindicatum & de ſoluendo omnē condemnationem, quæ fieret de eis in ſuo ſindicatu.

¶ De nominibus & cognominibus conſulum notariorū, & officialium ſcribendis ad cameram armarii communis Laudæ ſingulis annis. Stat. 668.

OMnes conſules, extimatores, notarij & alij officia publica exercentes in ciuitate Laudæ quorum nomina ſcribuntur, ſeu ſcribi debent in camera ſapientum ſeu Canzellarie communis Laudæ teneantur eorum nomina & cognomina ſimiliter ſcribi facere in uno libro ad cameram armarij communis Laudæ per notarium ad ipſam cameram deputatum cum declaratione officiorum ſuorum antequam incipiant dicta officia exercere, ſub pœna librarum 25. tertiolorum pro quolibet contrafaciente, cuius pœne medietas ſit cōis Laudæ, & alia medietas ſit accuſatoris, & quilibet poſſit accuſare ſine ſatiſdatione aliqua.

¶ Pona-

¶ Ponatur sub rubrica generali de citationibus, quod certa uerba possint scribi in citationibus, & præceptis per quamlibet personam. Stat. 669.

IN omni citatione, & præcepto possit scribi per quamlibet personam nomen seruitoris, licet ipsa tali persona non scripserit talem citationem seu præceptum.

¶ Quod Sacramentum calumnie non præstetur. Stat. 670.

NVllus teneat præstare Sacramentum calumniæ in aliquibus causis.

¶ Quod consuetudines feudorum seruentur. Sat. 671.

COnsuetudines feudorum seruentur, & locum habeant in Ciuitate, & districtu Laudæ prout scriptum est cum vsibus feudorum.

¶ De conueniendo debitores, & fideiussores, & eorum bona volendo agere hyppotecharia actione. Stat. 672.

NVlla persona excusio bonorum fieri debeat, nisi ut infra in conueniendo seu conuenire uolendo extraneos possessores bonorum debitorum vel fideiussorum uel mandatorum iure hippotecharie actionis. Sed debitoribus vel mandatoribus commissis uel eorum hæredibus vel eis facto præcepto de soluendo secundum forma statutorum Communis Laudæ, cui præcepto non si contradictum, vel cui sit minus legitime contradictum, uel si super tali præcepto lata fuerit sententia in fauorem creditoris,

toris, habeantur, & intelligantur bona eorum excussa, ita ꝙ creditores peruenire & agere possint contra extraneos possessores bonorum debitorum fideiussorum vel mandatorum nulla alia bonorum excussione uel personali cõuentione inde fienda, ita tamen ꝙ antequam agatur contra aliquem extraneum possessorem vt supra citetur ipse extraneus possessor: & fiat sibi præceptum ex parte illius iusdicens coram quo creditor voluerit ipsum extraneum possessorem conuenire quòd infra octo dies vtiles proxime futuros a die talis præcepti facti computandos ipse extraneus possessor debeat ostendisse, & probasse per omne genus probationum quòd ad sint de bonis expeditis taliũ debitorum fideiussorum vel mandatorum in quibus possit satisfieri d. creditori, alioquin ipso termino elapso si nõ probauerit vt supra agi possit contra ipsum extraneũ possessorem vt supra, & prædicta non habeant locum in casibus in quibus de iure communi possit agi cõtra extraneos possessores sine bonorum excussione sine personali conuentione in quibus casibus seruetur ius commune.

¶De fide adhibenda cuilibet reperitur extracto à statutis & aliis scripturis existentibus ad cameram armarij seu archiuium publicum communis Laudæ & ad Canzellariam dicti communis.

Stat. .673

ADhibeatur plena fides in iudicio & extra cuilibet reperitur extracto & extrahendo & cuilibet scripture extracte & extrahende a libro seu libris statutorum & ordinamentorum communis Laudæ & à quibuslibet aliis libris & scripturis existẽtibus ad cameram armarij seu ad archiuiũm

archiuium publicum communis Laudæ dūmodo ipsum reperitur & ipse tales scripture extracte & extrahende vt supra habeant subscriptionem Notarii deputati ad ipsam cameram seu ad ipsum archiuium absq; aliqua alia iuris solemnitate idem intelligatur in scripturis extrahendis à libris & scripturis Canzellarie communis Laudæ dum habeant subscriptionem Canzellariorum cōmunis Laudæ vel alicuius eorum.

¶Quod nullus minor sedecim annis & maior septuaginta teneatur ad onera personalia Stat. 674.

NVllus minor annorum sedecim, & nullus maior septuaginta annorum teneatur nec compelli possit ad aliqua onera mere personalia substinenda.

Quod nullus Iudex ascendat banchum post eius descensum. Stat. 675.

POstquam aliquis iusdicens, vel exercens iurisdictionē in ciuitate Laudæ descenderit à bancho, vbi per eum ius redditur hora tertiarum vel vesperarum, non possit ipsa hora qua descenderit vlterius ascēdere ipsum bancum pro iure reddendo, & si contrafecerit, cadat in pœnam librarum quinquaginta tertiolorum de quibus sindicetur, & quilibet possit accusare vel notificare, & credatur notificanti cum sacramento & vno teste fidedigno. & prædicta non habeant locum, si post descensum ipsius iusdicentis fuerit præsentatum aliquod consilium alicuius causæ, cuius instantia transiret ipsa die, quo casu possit iterato ascendere pro tali consilio publicando tantum, & inde sententia ferenda.

¶ De Campana pulſanda pro aſcenſu Iudicum. Stat. 676.

TENEATVR Dominus Poteſtas omni die iuridico horis iuridicis, videlicet ante tertias per mediam horam, & ante veſperas per mediam horam pulſari facere maiorem Campanam ex campanis paruis ſeu ſchelis exiſtentibus ſuper Campanili Eccleſiæ Maioris Laudæ per tantum temporis ſpatium, q̄ Communiter poſſit iri vno miliari, & pulſata campana ſtatim ſine aliquo temporis interuallo omnes iuſdicentes exercentes iuriſdictionem in Ciuitate Laudæ in ciuilibus cauſis teneantur, & debeāt bancum aſcendere pro iure reddendo in Pallatio Maiori Laudæ, & ibi ſtare, & perſeuerare ſaltim vna hora, ſub pœna cuilibet iuſdicenti facienti contra prædicta, vel obmittenti prædicta obſeruare ſolidorum decem imperialium, pro qualibet vice niſi habuerit iuſtam, & probabilem cauſam impedimenti, & prædicta ſeruentur etiam per Conſules Iuſtitiæ Laudæ, non obſtante q̄ ſoliti ſint aſcendere bancum in Burleto, quam quidem pœnam Dominus Poteſtas ſtatim de facto, & ſine aliquo proceſſu exigere teneatur, & poni facere in zocho exiſtenti ſuper dicto Pallatio, & detur fides notificanti cum ſacramento, & prędicta non habeant locum in Iudice Datiorum, nec in Iudice ad victualia deputato, nec extimatoribus Communis Laudæ.

¶ De aquis derriuandis. Stat. 677.

VNVSQVISQVE cuiuſcunque condictionis exiſtat, ſubditus iuriſdictioni Domini Poteſtatis, & Communis Laudæ, habens terra, vel poſſeſſiones ꝓprias vel ad fictum in cauſis vel Epiſcopatu Laudæ poſſit, & ſibi

sibi licitũ sit cõducere aquam ad suam liberam voluntatẽ sine cõtradictione alicuius p̄sonæ de quolibet lacu & quolibet flumine publico nõ nauigabili vbi sibi melius videbitur expedire, & eam aquam, decurrere seu derriuari facere ad molendina sua ad sufficientiam vel ad adaquandũ terras suas tam proprias quam ad fictum, & possit eam aquã conducere, & conductos seu rozales facere ad eius liberã voluntatem etiam per terras alienas, cuiuscunque fuerint ipse terre, dũ tamen conducat ipsam aquam p̄ illum locum, & illam partem ipsi terre, vnde sequatur minus dam num illi cuius erit ipsa terra, q̄d discutiatur arbitrio duorum bonorum virorum elligendorum per partes cum eorum sacramento, & quilibet volens aquam derriuare, conductos, seu rozales, seu rugias, fieri faciat vt videri, & cognosci possit per quam partẽ debeat cõduci dicta aqua cum minori damno vt supra per dictos bonos homines elligendos, & factis dictis rugijs, seu rozalibus, & conductibus, tunc extimetur terra occupata ex tali rugia, vel cõducta per dictos duos bonos viros uel alios nouiter elligendos, & teneatur ille cuius fuerit ipsa terra taliter occupata vt supra ipsam terram occupatam vendere vel dare ad fictum illi qui fecerit fieri dictam rugiam, seu conductum pro pretio seu pretijs taxando seu taxandis, per dictos duos bonos viros elligendos, & prout ipsi dixerint vel declarauerint cum sacramento vt supra, & sit in electione illius cuius fuerit dicta terra, vel vẽdere vel dare ad fictum ipsam terram, & dominus Potestas eiusque Iudices præsentes, & futuri, & quilibet eorum facta sibi de hoc notificatione teneantur, & debeant cogere vnumquemque per omnia iuris remedia dare de terra sua cuilibet volenti dictas rugias, seu conductos, vel rozales facere

pro adaquando, seu conducendo ad molendina, & eum cogere ad elligendum duos bonos uiros vt supra, & hoc summarie, & de plano, & absque aliqua scriptura inde fienda etiam non obstante statuto de sapientibus dandis, & si dicti duo boni viri essent discordes in prædictis tunc cogantur partes elligere tertium, cuius tertii, & alterius ex prædictis duobus supra ellectis arbitratui, & declarationi de prædictis stetur, & stari debeat. Idem intelligatur de scolatoribus fiendis.

¶ Quod nullus debeat iacere nec stare in clausis. Stat. 678.

NVLLA persona possit nec debeat iacere nec stare in clausis nec ronchis Laudæ de nocte sine licentia Domini Potestatis uel Iudicis Victualium, & qui contrafecerit cadat in pœnam solidorum quadraginta tertiolorũ cuius pœnæ medietas sit Communis Laudæ, & alia notificatoris, & credatur cuilibet notificatori cum sacramento, & prædicta non habeant locum in habitantibus cum eorum familiis in clausis uel ronchis Laudæ.

¶ De inuentis facere damnum in clausis, postquam porte Ciuitatis fuerint clause. Stat. 679.

SI QVIS inuentus fuerit facere, vel fecisse, uel fecerit, aliquod damnum in Episcopatu, vel clausis, vel ronchis Laudæ, de nocte, videlicet postquam porte Ciuitatis fuerint clausæ condemnetur in duplum, eius in quo condemnarentur, si damnum dedisset

de die

de die apertis ipsis portis, & insuper teneatur ad restitutionem totius damni dati damnum passo.

¶ Quod habitantes in locis, & cassinis circunstantibus clausis non intrent clausos seu clausis Ianuis Ciuitatis. Stat. 680.

CLausis Ianuis seu portis Ciuitatis nulla persona habitans in circumstantibus locis seu cassinis apud Ciuitatem per tria milliaria nec vltra possit nec debeat intrare in clausis nec ronchis Laudæ, & qui contrafecerit cadat in pœnam librarum quatuor imperialium, & quilibet possit notificare, & ei credatur cum Sacramento, & habeat medietatem dictæ pœnæ, & prædicta non habeant locũ in bubulcis venientibus cum plaustris ponderatis versus Ciuitatem Laudæ per vias rectas.

¶ De camparijs clausorum elligendis per singulares personas. Stat. 681.

SI vnus vel plures habentes facere in clausis Laudæ, voluerit habere campariũ vel camparios qui custodiant eorum terras, & fructus existentes in clausis Laudæ possint ipsum camparium vel camparios constituere, & habere simul, & diuisim ad earum liberam voluntatem, cui campario vel cãparijs defferatur Sacramentum prout deffertur aliis campariis Episcopatus Laudæ, & eis credatur prout creditur dictis camparijs Episcopatus secundum formam aliorum statutorum loquentium de camparijs, & etiam quod Domini duodecim sapientes Communis Laudæ qui pro temporibus fuerint teneantur de

mense Ianuarii cuiuslibet anni eligere duos căparios pro qualibet porta clausorum Laudę pro ipsis clausis, & fructibus terrarũ ipsorum clausorum custodiendis, quibus fides adhibeatur secundum quòd debet adhiberi campariis Episcopatus Laudæ, & qui camparii sit eligendi ut supra teneantur ad omnes pœnas, & ad alia omnia ad quas, & quę teneantur dicti camparii Episcopatus.

¶ Quod non fiat domus paleata in Ciuitate Laudæ. Stat. 682.

NVlla persona audeat uel psumat fieri facere nec habere nec tenere aliquam domũ paleatam in ciuitate Laudæ, sub pœna cuilibet contrafacienti librarum, decem imper. & nihilominus dominus Potestas teneatur, & debeat talem domum paleatam destrui facere expẽsis illius, cuius fuerit dicta domus.

¶ De quibus rebus decima solui debet. Stat. 683.

ITem statuit Cõmunę Laudæ, quòd decima detur de his terris, & rebus, & bonis, & pro modo & forma, de quibus & prout hactenus dari consueuit in iurisdictione Laudensi, & non aliter nec alio modo.

¶ Quod strate Ciuitatis non fodiantur, nec cauentur. Stat. 684.

NVLLA Persona audeat uel pręsumat fodere nec cauare nec fodi nec cauari facere aliquam stratam publicam in Ciuitate nec burgis Laudæ, causa accipiendi terram vel sabionum pro murando, nec aliqua alia de causa

de causa vel prætextu nisi fieret pro reparatione seu aptatione ipsius strate, sub pœna cuilibet contrafacienti librarum decem tertiolorum, cuius pœne medietas sit Communis, & alia accusatoris seu notificatoris, & quilibet possit accusare uel notificare, & credatur ei cum sacramento & vno teste fidedigno.

¶ De Coldirarijs Stat. 685.

OMnes, & singuli tam ciues, quàm forenses facientes, & fieri facientes, seu vendētes, aut vendi facientes colderas, sedellas, padellas, & cazias araminis in Ciuitate, Suburbijs, & Episcopatu Laudæ, teneantur & debeant, si fuerint laboratores, uel facientes laborare bene, & legaliter laborare, & laborari facere ipsa vasa, & quodlibet eorum de bono aramine stagnato more solito sub pœna librarum quinque imperialium pro quolibet rubo araminis.

¶ Item quòd de cætero ipsi coldirarij facere debeant omnes axas dictarum coldirarum, sedellarum araminorum, & aliorum vasellorū araminis ad quę expediunt esse axe, quæ sint de bono aramine, & nō de ferro, & quòd possint vnam de dictis axis inclauare, & firmare ad ipsas colderas sedellas, & similia uaxa, & aliam solum imbastire, ad hoc quòd manice ipsarum colderarum auferi possint quando factum fuerit mercatum, & subsequenter ponderari separatim ab illo vaxe araminis vēdito ad quod facta fuerit ipsa manicha, sub pœna vnius solidi imperialium pro qua libet libra araminis, pro qualibet vice qua contrafactum, fuerit præsenti statuto.

¶ Item quòd dicti coldirarij, & venditores coldirarum, &

aliorum vasorum araminis tam in vendendo ipsa vasa quàm in emendo vt debeant una, & eadem pensa uidelicet ad libram onziarum duodecim, sub pœna librarum trium tertiolorum pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice.

¶ Item quòd omnes, & singuli facientes vel fieri facientes seu vendentes Colderas, sedellas, cazias, & alia vasa araminis in ipsorum vasorum venditione ponderare debeant dicta vasa absque manicis, & non debeant ponderare manicas cum aramine, & ꝙ ad ipsa vasa non ponant axas nec circulos de ferro nec de alio metallo quā de aramine, sub pœna librarum trium tertiolorum cuilibet contrafaciente, & qualibet vice qua repertus fuerit contrafecisse.

¶ Item quòd de suprascriptis quatuor statutis, & quolibet eorum æditis contra Coldirarios quilibet possit notificare, & stetur sacramento suo cū vno teste fidedigno, & habeat medietatem dictarum pœnarum, & reliqua medietas applicetur dicto Communi Laudæ, & prædicta exequantur per Iudicem Victualium Communis Laudæ.

¶ Quod illi de eadem familia teneantur ad contributionem oneris impositi vni ex eis, licet alij non sint nominati. Stat. 686.

FRatres Patrui, & nepotes, & cæteri de eadem familia, si vni ex eis facta sit impositio oneris teneantur simul ad contributionem illius oneris pro portionibus debitis inter se, licet specialiter noīati sint, & hoc nisi alibi reperiatur esse facta impositio, talea seu extimū, eis singulariter.

Quod

¶ Quod quilibet Mulinarius posſit accuſari quandocunque, & etiam ſine declaratione diei. Stat. 687.

QVilibet Mulinarius famulus, filius, & coadiutor cuiuſlibet mulinarij poſſit accuſari, & notificari de omnibus, & ſingulis, quæ commiſſerit vel ommiſſerint cōtra formam ſtatutorum Communis Laudæ quandocunque poſt ommiſſum delictum etiā ſine declaratione diei commiſsi delicti non obſtantibus aliquibus ſtatutis, prouiſionibus, vel ordinamentis in contrarium loquentibus,

¶ De commisſionibus ponendis in actis. Stat. 688.

NVllus Notarius posſit nec debeat ſubſcribere aliquā licentiam uel commisſionem pignorandi vel detinē di, niſi prius illa licentia uel commiſſo regiſtrata fuerit in actis, ſub pœna ſoldorū quinquaginta imperialium cuilibet Notario contrafacienti, & ultra teneatur reſtituere damnum, & intereſſe pignorato vel detento,

¶ Qualibet vbi quomodo onera debeant ſubſtineri, Stat. .689.

QVælibet perſona quæ de iure potuerit extimari teneatur ſubſtinere onera realia perſonalia, & miſta in illa parte in qua fuerit extimata, & quòd in Ciuitate, & Burgis Laudæ nulla perſona teneatur nec compelli poſſit pro alij, qua alia perſona pro oneribus dicti Communis,

¶ De pretijs bladorum ſcribendis ad Cameram atmarij ſingulo menſe. Stat. 690.

AD hoc vt perpetuo ſint certa precia, & valimenta bladorum, & leguminum quæ ſępę petuntur in cauſis

cum

cum quanto pluri voluerint, statuimus, quôd officialis deputatus ad officium clausorum, qui est & pro temporibus fuerit, teneatur, & debeat omni mense saltim semel portare in scriptis ad Cameram armarii cômunis Laudæ officiali seu Notario deputato ad ipsam Cameram precia bladorum, & leguminũ cuiuslibet maneriei, que uendentur in platea maiori Laudæ diebus mercati, & Notarius deputatus ad ipsam Cameram teneatur ipsa pretia scribere in uno libro, pænes se per mansuro ibidem ad ęternam rei memoriã cui libro & cuilibet reperitur extraendo ex ipso de & ꝑ ipsis pretiis dũmodo subscribantur per ipsum notarium & officialem ad ipsam Cameram deputatum adhibeatur plena fides in iuditio & extra hic, & ubique de & pro pretiis ipsis & ualimẽtis, & hoc sub pœna dicto officiali clausorum librarum quinque tertiolorum pro qualibet uice qua ommiserit prædicta seruare.

¶ Rubrica qualiter Inquisitio ĩ maleficiis sit faciẽda. *691.*

QVilibet de Ciuitate uel districtu Laudæ, uel aliunde delinquẽs in Ciuitate uel distructu Laudę uel alibi requiratur propter maleficium ad domum ubi habitat si certam habet habitatione in Ciuitate Episcopatu uel Iurisdictione Laudę, uel si certam habitationẽ In Ciuitate Episcopatu, uel Iurisdictione Laudæ non habeat, requiratur ubi habitare consueuit vel ubi usus est vel cõsueuit uti, ita quòd plures de uicinis uel aliquis de familia eius si adest audiant uel si certam habitationem nõ habet nec habere consueuit requiratur ubi maleficium esset cõmissum quorum alterum suffitiat, & nihilominus cridetur per præcones Cõmunis Laudæ ad arengheriã positam in Burleto

Communis

cõmunis Laudæ uel ad portam dicti Burleti quæ est supra plateam alta voce quòd talis requisitus est de mallefìcio, & facta dicta Crida, habeatur pro legitima citatione, ita tamẽ ꝙ in casibus in quibus quis certam habitationẽ non habet, quòd vltra citationes prædictas quæ fieri debent ad loca vt supra, nihilominus voce præconia sono tubæ præmisso ad arengheriam positam in Burleto cridetur, ꝙ talis requisitus est, & requiratur iterato alioquin non valeat requisitio nec bannum teneat, & si reus taliter requisitus non venerit, vel si venerit, & terminus statutus fuerit, & ad illum terminum nõ venerit ponatur in banno octo dierum spatio sibi dato, & si per illos octo dies per requestam vel terminum steterit scriptus in banno, & non venerit habeatur pro præterito, & confesso siue procedatur per accusationem, siue per denũtiationem, siue per officium.

¶ Quod Notarij domini Potestatis, & eius Iudicum non participent cum Notarijs Consulum, nec e conuerso. 692.

NVllus Notarius exercens officium Notariæ D. Potestatis Laudæ, & Iudicum suorum posśit nec debeat durante eius officio exercere officium Consulum iustitiæ Laudæ, nec participare, nec se intromittere de ipso officio Notarie Consulum, & e conuerso nullus Notarius Consulum Iustitiæ Laudæ possit nec debeat se intromittere de officio notariæ dicti Domini Potestatis, & Iudicum suorũ nec participare in ipso officio notariæ directe nec per indirectum sub pœna cuilibet Notario cõtrafacienti librarum vigintiquinque imperialiũ qualibet vice, cuius pœnæ medietas sit notificatoris, & alia Communis Laudæ, &

quilibet

quilibet possit notificare & ei credatur cum sacrameto & uno teste fidedigno, & quilibet notarius deputandus ad officiũ notarie dicti D. Potestatis Laudæ, & iudicum suorum antequam exerceat ipsum officium teneatur iurare ad Sancta Dei Euangelia in Canzellaria Communis Laudæ, quòd ipse non participat nec participabit durante dicto eius officio notarie in officio notarie dictorum consulum, & quod ipse obseruabit contenta in præsenti statuto, & è conuerso notarii consulum prędictorum similiter teneãtur iurare & hoc sub pœna prędicta.

¶ Dux Mediolani &c. Comes virtutum Imperialis Vicarius Generalis.

¶ A tergo Nobili viro Potestati, & sapientibus nostris Laudæ. 694.

R, Ecepimus litteras uestrum sapientium cum certis statutis additis statutis cõmunis nostri Laudæ, per quas requiritis ut ipsa confirmare dignemur &c. quare cũ dicta statuta, quæ sunt capitulorum quadraginta unius, uideri examinari, & corrigi fecerimus, secundum quod expedire cognouimus pro communi bono, & utilitate ciuium & districtualium nostrorum Laudæ eadem statuta quæ uobis remittimus præsentibus alligata præsentium tenore laudamus approbamus, & confirmamus ipsaque debere obseruari prout iacent ad litteram iubemus, & mandamus, retentis tamen in nobis arbitrio Potestate, & baylia dicta statuta corrigendi, ipsisque addendi, & diminuendi, & ea emendandi, & interpretandi prout nobis videbitur, & placebit. Non intendentibus propterea quòd ex hoc præ-

iudicetur

iudicetur in aliquo decretis nostris factis vel fiendis super facto vero additionum, & eorum quorum asseritis processisse in correctione, & confirmatione aliorum statutorum Cōmunis nostri Laudæ &c. Prouidimus sicut iuri, & honori nostro cognouimus expedire. Data Mediolani die duodecimo Octobris Millesimo trecentesimo nonagesimo, Signata Comollus.

Reformatio Decreti de fictis non solutis. 694.

IN NOMINE Domini amen anno Natiuitatis eiusdem millesimo quatricentesimo decimo nono duodecima indictione die vltimo mensis Madii, Egregii, & discreti viri D. Iohannus de Fixiragha, Gresonus de Calcho, Basfianus de Castiragha, Bethinus de Villanoua, Iacobus Carnexella, Andriolus de Iemene, Antonius Squitanus, Leonardus Bochalarius, Bernardus Bochonus, Christophorus de Triuillio, Iohannes de Cusano, & Bastianus Corbellarius pro Domino Perino eius patre absente duodecim sapientes vniuersis & singulis negotijs Communis Laudæ Præsidentes conuocati, & congregati in Camera Prouisionum Communis Laudæ de licentia, & mandato spectabilis, & egregij viri Domini Sasij de Arisijs honorandi Potestatis, & Capitanei Ciuitatis, & districtus Laudæ, & nobilis viri D. Antonii Simonis de Burigellis Refferēdarii, & Iudicis Datiorū dictorum Ciuitatis, & districtus sono campanarum præmisso vt moris est pro infrascripto negotio, & aliis negotiis dicti Communis specialiter explicandis, & adimplendis cum consensu voluntate, & deliberatione præfatorū dominorum Potestatis, & Capitanei Refferendarii, & Iu

dicis

dicis datiorum in executione, & pro executione litterarũ Illustrissimi Dñi Domini Nostri Ducis Mediolani &c. Papiæ Anglerieq; Comitis tenoris infrascriptis videlicet.

¶ Dux Mediolani &c. Papiæ Anglerieq; Comes. 695

SVPPLICATO Inter cætera nobis pro parte illius Communitatis nostræ Laudæ vt concedere dignemur quòd addatur in quodã statuto illius nostri Communis sub rubrica de Sacramento præstando pro ficto, & re libellaria, & decimis non solutis, & pro partiano, & inquilino qui dicantur non soluisse in illa parte videlicet vbi dicit, & prædicta locum habeant si dominus infra triennium deposuerit querimoniam de prædictis, quòd verba prædicta dicant, & prædicta omnia locum non habeant si dominus deposuerit quærimoniam de prædictis infra triennium, & prout in statuto Communis nostri Mediolani plenius continetur complacere volentes dictæ nostræ communitati Laudæ contentamur, & per præsentes concedimus ac volumus quòd prædicti statuti uerba reformari, & fieri, prout supra requiritur faciatis, & reformata inseri & describi in volumine statutorum Communis nostri Laudæ prædicti data Mediolani die tertio decimo Aprilis, M cccc xix. Corradinus A tergo nobili viro Potestati Capitaneo, & sapientibus Ciuitatis nostræ Laudæ prouiderunt ordinauerunt, & refermauerunt, prouident ordinant, & reformant per præsentes dictum statutum seu capitulũ ipsius statuti pro modo, & forma prædictis, & prout plenus in dictis litteris Ducalibus continetur decernentes dictum capitulum dicti statuti inseri, & describi debere in volu-

mine

mine ſtatutorum Communis Laudæ pro modo, & forma infraſcriptis per Alouiſium de Habonis Notariũ Laudenſem officialem deputatum ad Cameram armarii Cõmunis Laudæ videlicet.

¶ De Sacramento præſtando pro ficto, & re libellaria, & decima non ſolutis, & pro partiario, & inquillino, qui dicantur non ſoluiſſe. 696.

SI contingat inter Dominum Collonum vel fictabilẽ de ficto præteriti temporis quęſtionem moueri domino Sacramentũ defferatur vt iuret ſibi fictum ſolutum nõ eſſe in toto vel in parte a trib. annis infra a tribus verò annis ſupra electi ſit colloni, ꝙ inter fictũ eſſe ſolutum vel ſe ſoluere non teneri, vel quòd collonus refferat domino ſacramentum fictum non eſſe ſolutum vel ſe ſoluere non teneri in toto vel in parte, hoc idem obſeruetur ſi fictum rei libellarie petatur, dummodo conſtet ante de conuentione ficti, aut locationis aut per inſtrumẽta uel per teſtes Idemque obſeruetur in ſolutione decime, & idem obſeruetur in partiario, & etiam idem ſit in inquillino, & prædicta locum non habeant ſi dominus intra dictum terminum quætrimoniam depoſuerit.

¶ Dominus Mediolani &c. Comes virtutum Imperialis Vicarius Generalis.

¶ A tergo nobili viro Poteſtati noſtro Laudæ. 697.

COPIAM decreti per nos nuper edditi diſponenteſq; quòd prouiſiones, decreta, ſeu ordinamenta, quorum vigore

¶ Deo Gratias Amen. 698.

SVbſcripta cum ſigno notarij hoc modo uidelicet iſta ſta tuta ſunt ſapientis & egregij legum doctoris. D. Iohãnis de Lupis Laudenſis ſibi ſcripta per me Veſchouinũ de Epiſcopo filium domini folchiui ciuem Laudæ publicum Imperiali auctoritate notariũ finita anno domini currente 1439. inditione tertia die veneris tertio decimo Nouembris, hora quinta noctis in teſtimonium quorum meum tabellionatus ſignum appoſui.

¶ De his qui poſſunt cogi ad compromittendum. 699.

SI de cætero fuerit cauſalis quæſtio controuerſia uel diſcordia inter aſcendentem, & diſcendentẽ uel inter agnatos uel cognatos uel affines affinitate præſenti uel præterita uel inter uicinos eiuſdem parochie teneatur & debeat quilibet iuſdicẽs poſtquam ei denuntiatum fuerit per aliquam partium cogere eoſdem ad compromittendum in amicum ſeu amicos communes per partes elligendos, ſeu elligendum quod ſtatutũ non habeat locum poſtquam facta fuerit comisſio principalis ſeu diffinitiue quæſtionis.

¶ Super ſtatuto quod maritus ſuccedat uxori in dote. 700.

SEd pone quod his maritus habeat patrem qui ſolus ſubſtinet onera matrimonij quia ſolus de ſuo alit & ueſtit nurum quis locabitur dotem in caſu huius ſtatuti dy in l. ſi cum dotem, §. te tangredeamur. ff. ſoluto matrimonio, tenet ꝙ ſocer, lucrabitur idem tenet Bar. in ſuo tractatu de

duobus fratribus, in versiculo quinto, quæro, & intelligit hoc statutum quando solus maritus substinet onera matrimonij, & si vterque substinent vterq; lucratur.

¶ Item super suprascripto statuto pone, & nota quòd propter dotem non solutam vir potest vxorem expellere de domo sua, quia non tenetur ei dare victum nisi habeat dotem promissam facit in authentica de non elligere secum nuberi coll. 1. §. fi. cum glo. sicca. hoc tenet Bald. in l. generaliter.

¶ Sed quæro an valeat per actum quòd non possit probari solutio nisi per instrumentũ & dic secundum Ang. in l. pactum, prope finem sui apparatus, ff. de pactis, quòd nõ quia possit probari per testes ex fauore publico introductum est hoc tenet glo. singularis quæ non est alibi in corpore communi, vt sine prohibi matres. §. fi. vero quòd tenet & Spec. in titulo de probat. §. nunc videndum versiculo sed pone idem tenet Albertus Galeotus in sua Margarita in titulo de testibus & addit si renuntiatur probationibus in ciuili intelligitur renuntiatum cuilibet generi probationum & tenet renuntiatio idem tenet Specu. in tit. de testibus. §. fi. versic. item nota. Item non valet pactum quòd scriptura priuata faciat fidem sicut publica de fide instrumentorum ex capitulo cum pitabelie. Item non valet pactum quod credetur probationi vnius quia forma probandi non potest alterari pacto alias facto secus si fiat pactum quòd credatur tali testi soli. ff. de do. prælega. Ang. in d. l. pactum prope fi.

De mensura terrarum. 701.

SCiendum est quòd volentibus, & cupientibus adiscere mensurationem terrarum hæc infrascripta ei sint specialiter necessaria.

Primo

¶ Primo videlicet quid sit atthamus, quid ponctus spitus, quid põctus grossus, quid oncia quid pes, qd trabuchus, qd tabula, quid perticha: quid iuger, quid massus, vel macer.

¶ Item sciendum est, quòd duodecim poncti spiti faciunt ponctum grossum, duodecim poncti grossi faciunt onciã, duodecim oncie faciunt pedem, sex pedes faciunt capitiũ, idest trabuchum, duodecim pedes faciũt tabulam, vigintiquatuor tabulæ faciũt pertichã, duodecim pertice faciũt iuger: duodecim iugera faciunt vnum massum vel macerẽ.

¶ Et nota ꝙ duplex est ponctus. s. mensurabilis & legittimabilis & similiter duplex est oncia. s. mensurabilis, & legittimalis de quibus omnibus dimittamus, & de sola onica agamus. Quare sciendum est ꝙ oncia mẽsuralis per onciã mensuralem facit spitum ponctũ, & oncia per duas oncias facit duos punctos spitos & oncia ꝑ duodecim oncias facit duos ponctos spitos, & oncia per duodecim oncias facit duodecim punctos spitos, ergo si oncia mensuralis, per duodecim oncias mensurales, facit duodecim ponctos spitos, & duodecim, poncti spiti faciunt ponctũ grossum, sic ergo oncia per duodecim oncias constituit ponctum grossum.

¶ Due oncie per duodecim oncias constituũt duos punctos grossos, & sic vsque ad duodecim, & sic duodecim oncie mensurales per duodecim oncias mensurales constituunt duos ponctos grossos, & duodecim poncti grossi, constituunt onciam legittimam, sic ergo duodecim oncie mensurales per duodecim oncias mensurales cõstituunt onciam legittimam & per mensurales constat, ex duodecim onciis mensuralibus, sic ergo pes pedem constituit onciam.

¶ Pes mensuralis per pedem mensuralem cõstituit onciam legittimam, & sic vsq; ad duodecim, & sic pes per 12. pedes constituit duodecim oncias legittimas, & duodecim on-

cie legittime conſtituunt pedem legittimū, ſic ergo pes per duodecim pedes conſtituunt pedem legittimum.
Pes menſuralis per duodecim pedes menſurales facit pedem legittimum, duo pedes menſurales per duodecim pedes menſurales conſtituunt duos pedes, & ſic vſque ad 12, & duodecim pedes mēſurales, per duodecim pedes menſurales conſtituunt duodecim pedes legittimos, & duodecim pedes legittimi conſtituunt tabulam, ſic ergo duodecim pedes menſurales per duodecim pedes menſurales conſtitunt tabulam.
¶Capitius, id eſt, trabuchus conſtat ex ſex pedibus menſuralibus ſic ergo trabuchus per trabuchū cōſtituit tres pedes. Pes per pedem faciunt onciam, vt dictum eſt & pes per ſex pedes facit ſex oncias, & ille ſex oncie faciunt medium pedem & trabuchus conſtat ex ſex pedibus menſuralibus ſic ergo pes per trabuchum conſtituit mediū pedem & ſic ſex pedes per ſex pedes conſtituunt tres pedes & trabuchus per trabuchos duos conſtituit ſex pedes, & trabuchus per tres trabuchos conſtituit nouem pedes, & trabuchus per quatuor trabuchos cōſtituit duodecim pedes, & duodecim pedes faciunt tabulam, ſic ergo trabuchus per quatuor trabuchos conſtituit tabulam.
¶Duo trabuchi per quatuor trabuchos conſtituunt duas tabulas, & tres trabuchi per quatuor trabuchos conſtituunt tres tabulas, & quatuor trabuchi per quinq; trabuchos conſtituunt quinque tabulas & vigintiquatuor trabuchi conſtituunt pertichams ſic ergo quatuor trabuchi per viginti quatuor trabuchos conſtituunt perticham.
¶Et nota quòd quotienſcunq; habetur à capite quatuor trabuchos quot ſunt trabuchi per longitudinem ſiue fugam tot tabulas habetur.

Staria

¶Staria duodecim faciunt vnam bulcham,& duodecim tabule constituunt vnum starium pertice sex faciunt vnam bulcham Modium vnum cum dimidio facit bulcham vnã tabule vigintiquatuor faciunt vnam pertichain.

¶Decretum edditum in fauorem mulierum. 702.

DVx Mediolani &c.Papiæ Anglerieq; Comes,ac Ianuę dominus quoddam edditum decretum super mulieribus maritatis seu maritandis sine liberis existentibus ante completum decimum annum à die qua ad copulam iuerint matrimonialem quòd vllo modo nequeant per testamentum codicillos donationes causa mortis legatum neq; alio quouismodo de bonis earum parafrenalibus donatis schelpa aliqualiter disponere tibi mittimus præsentibus interoclusum volentes,quòd illud tam in ciuitate nostra Papię quam in quibuscunque terris Episcopatus eisdem merum & mixtum imperium habentibus alijsq; consuetis locis iurisdictionis per nos sibi commisse statim publicari & in volumine aliorum decretorum nostrorum prædictarum ciuitatis & terrarum inseri faciatis pariter & obseruari de harũ receptione nobis illico rescribẽdo, Data Mediolani die 23. Maij 1419. Thedonus a tergo Egregio vno potestati nostro Papiæ.

¶Tenor Decreti. 703.

DVX Mediolani &c. Papiæ Anglerieque Comes &c. Id nobis præcipue incumbit cure tam videlicet salubriter prouidere quod fraudibus deceptionibus quæ quotidie inter nostros subditos per directum, & indirre-

dirrectum commune committuntur nostris prohibitionibus & sanctionibus obuientur.

¶ Cum itaq; nonnullorū subditorum nostrorū crebris querimoniis percepimus ꝙ licet ipsi subditi nostri magnis cum laboribus & expensis eorū filias sorores attinentes vel alias quaslibet matrimonio copulent eisq; vltra doté cōuentum tradierint seu donent cū satis magna impensa bona parafrenalia mobilia schelpā vulgariter nuncupatā, & de iure & ex antiquissima & approbata cōsuetudine dicta bona parafrenalia donata seu schelpa quæ cōiter infra plures non consumitur annos deuoluantur desinentibus liberis ad dotantes, & succedentes ipsi mulieri ab intestato attamen ne iuri fiat fraus & prætracta consuetudo laudabilis deludatur percepimus plurimorum relatu, ꝙ & mariti seu opera eorū vxores suas persepe inducunt & cogunt interdū ad testandū, & de bonis ipsis parafrenalib. donatis ad libitum ipsorum maritorum diuersimode disponendum in ipsorum mariti, & succedere debentium ab intestato non modicum detrimētum consideratione igitur præmissorum, & attento ꝙ tales mulierum dispositiones potius maritorum quam mulierū dici possent egreferentes nec pati intendentes tam apertas fraudes iuris & dicte consuetudinis præsenti nostro edicto valituro edicimus decernimus & mandamus quòd quæuis mulieres ciuitatis terrarum & territorij, & districtuum nostrorum maritate seu maritande sine liberis existentibus ante completum decimum annum a die qua ad copulam iuerint matrimonialem vllo nequeant per testamentum, codicillos, donationes causa mortis legatum nec alio quouismodo de bonis earū parafrenalibus donatis seu schelpa aliqualiter disponere nec alicui ea relinquere quinimo ipsa talia bona parafrenalia donata & schelpa venietibus ab intestato superstitibus, vsque ad quartum gradum secundum iura

Ciuilia

Ciuilia computato reuertantur & perueniant ad ipsos dotantes,& succedentes ab intestato ipsis talibus mulieribus decedentibus sine liberis inter dictum decimum annum omnibus machinatione fraude dolo testamētis, codicillis, & legatis seu aliis quibuscunq; dispositionibus contra formam huius nostri decreti factis protinus cassantibus edicētes & mandantes ex nunc ipsa testamenta & quaslibet alias dispositiones contra hoc nostrū decretū fieri nullas & nulla esse ac nullius valoris penitus & momenti de præfatis autem rebus seu schelpa ad pias causas disponere dictas mulieres permittimus quouismodo atq; in ipsos dotātes & ab intestato venientes supradictas nequaquam abstantibus. Data Mediolani die 20.Maij 1419. indictione 12.

¶De donationibus remissionibus & absolutionibus bonorum Cameræ. 704.

DVX Mediolani &c.Comes virtutum imperialis Vic. generalis quia accidit aliquando, vt non spōte sed importunitate petentium quorum multus est numerus moueamur ad cōcedendum litteras que iuri derrogantur nōnullorum ea propter cum sit humanum peccare & Angelicū emēdare huic errori duximus in præsenti & in futuro salubre foro per nos remediū apponendū volentes,decernentes, & mandantes, ꝙ si in Ciuitate & districtu nostris Papiæ parte nostra aliquam litem hactenus emanarūt quæ iuri derrogant alicuius in casib. præsentibus non decisis & futuris dumtaxat eo ipso sint nullæ, & irrite & pro nullis & irritis habentur ac per rectores & officiales nostros tam præsentes q̄ futuros vel alios quoscunq; quoquo noīe censeantur minime obseruētur neq; obseruari debeāt & illud

idem dicimus & volumus fieri de litteris quæ de cętero nostri parte emanabunt derrogātibus iuribus aliquorum, vt permittitur non intendentes propterea per præsentes litteras aliqualiter derrogare decreto nostro generali facto in terris nostris sub ordine causarum & litium abbreuiandarum quas quidem nostras litteras ad perpetuam rei memoriam & inuiolabilem obseruationem registrari volumus & inseri in volumine statutorum & decretorum nostrorum & communis nostri Papiæ, Data Papiæ die 20. Decembris 1483. Signata Antonius a tergo.

¶ Egregio viro Potestati nostro Papiæ præsenti & futuro.

705.

DVx Mediolani &c. Papiæ Anglerieq; Comes, ac Ianuæ dominus prouidere volentes inconuenientiis erroribus & negligentiis quæ sępissime occurrūt præter aut contra dispositionem nostram necnon detrimentis quæ patitur & pati posset camera nostra fecimus & tenore pręsentium facimus infrascriptas declarationes tam in præteritis quam in præsentibus & futuris quas decernimus, & volumus pro lege & decreto nostro firmiter & inuiolabiliter obseruari mandantes vobis quatenus declarationes ipsas vt iacent ad litteram in volumine aliorum decretorum & ordinum camerę nostrę faciatis registrari & ea in dispositione sublata qualibet interpretatione & dubitatione cessante omni exceptione ad contextum obseruari.

¶ Primo si reperiantur aliquę remissiones absolutiones vel abolitiones factę siue per illustrissimum quondam bone memoriæ dominum Germanum nostrum ducem Mediolani siue per nos vel aliquos dę cætero fieri contingat de aliquibus redditibus rebus aut bonis Cameram nostram concernentibus declaramus, & decernimus, quòd per tales remis-

les remisſiones abſolutiones vel abolitiones non intelligā tur nec aliqualiter comprehendantur illa credita quæ Camera noſtra habebat vel haberet cū aliquibus teſaurariis datiariis gabellatoribus ſalis aut aliis perſonis ſingularibus vel communitatibus habentibus in ſe de pecuniis rebus, & bonis ad cameram noſtram ſpectantibus niſi nominatim & ſpecialiter in talibus remisſionibus abſolutionibus vel abolitionib de tali re vel credito modo ſpecialis & expreſſa ſit mentio huic noſtro decreto ſpecialiter derrogando.

¶ Secundo cum ſepisſime contingat bona cameræ noſtræ applicari quæ tamen per ignorantiam, aut negligentiam, aut quandocunque per imposſibilitatem officialium noſtrorum ad cameram noſtram corporaliter aut actualiter non apprehenduntur declaramus decernimus, & mandamus quod quæcunque bona qualibet occaſione cameræ noſtræ quomodolibet ſpectantia ſtatim poſtquam applicata cameræ noſtræ fuerint incorporata Cameræque noſtræ ſint ipſo iure & facto apprehenſa eidem intelligantur etiam ſi actualiter non fuit capta per aliquem officialem nec posſit opponi quòd non apparet de aliqua incorporatione nec de proceſſu vel quòd proceſſus factus non ſit & quolibet tempore fieri posſit executio, Et quia pleraq; contingit aliquibus indulgentiam, aut remisſionem fieri eiſq; in integrum reſtitutionem concedi & idcirco ij quibus talis indulgentia & reſtitutio conceſſa eſt intelligere volunt quòd reſtituta ſint eis bona quæ habebant tempore delicti commisſi quamquam cameræ noſtræ applicata forent declaramus, edicimus, decernimus, & mandamus ꝙ propter aliquam indulgentiam ſeu remisſionem tam per præfatum dominum Germanum noſtrum quam nos quomodolibet conceſſam ſeu concedendam non intelligantur

bona

bona cameræ nostræ, applicata vel applicanda esse restituta nisi in ipsa remissione, & restitutione fiat de ipsis restituendis bonis mentio specialis declarando, quæ & qualia bona sint cum speciali & expressa derrogatione præsentis decreti nostri.

¶ Tertio declaramus, decernimus, & mandamus quòd rescriptis & litteris illustrissimorum dominorum prædecessorum nostrorum aut nostris declarantibus comissionem per petrationem aut factam alicuius delicti vel aliquorum delictorum non possit aliqualiter opponi obiici aut allegari quin non appareat de delicto aut processu sed ipsis litteris aut scriptis prout iacent ad contextum credatur, & plena fides adhibeatur etiam in narratiuis super quibus intentio prædecessorum nostrorũ aut nostra fondetur, ac si omnia in eis narrata & scripta apparerēt actualiter & præsumantur omnia solemniter rite & recte facta adeo quòd non admittatur aliqua probatio in contrarium.

¶ Quarto & vltimo quia non fuit, nec est intentio nostra ius alicui quæsitum tollere declaramus & decernimus, ꝙ per aliquas donationes remissiones absolutiones, aut alias quauis concessiones tam factas quam fiendas non intelligatur ius alicui quæsitum sublatum esse in quacunq; conceptione verborum tales donationes remissiones absolutiones aut alie concessiones facte sint nisi in eis specialis sit clausula non ostante quòd alteri sit ius quæsitum seruatis semper declarationibus, & edditis nostris suprascriptis, Data Mediolani die 6. Octobris 1423. Iohannes a tergo nobilibus magistris intratarum nostrarũ extraordinariarũ

Decretum excludens Mulieres aſcendentes, & auum maternum a ſucceſsione quorumcunque ſuorum deſcendentium. 706.

DVx Mediolani &c. Papiæ Anglerieq; Comes, ac Cremonæ dominus viſa requiſitione præſidentium negotiis communis Ciuitatis noſtræ Laudæ quam nobis fecerũt per eorum litteras tenoris infraſcripti videlicet.

¶ Illuſtriſsimæ Princeps Excellentisſimæ domine domine noſter ſingulariſsime humili recomendatione præmiſſa in veſtra inclita Ciuitate Mediolani laudabile ſtatutum viget poſitum ſub rubrica quòd mulier non ſuccedat deſcendenti exiſtentibus agnatis cuius tenor talis eſt nulla mulier aſcẽdens ſuccedat deſcendenti ab inteſtato decedenti exiſtentibus agnatis maſculis vſq; ad ſeptimum gradum ſed ſolum habeat vſumfructum illius portionis quam habitura eſſet de iure communi ex hoc tamen quòd habeat vſumfructum non intelligatur in aliquo eſſe hæres idem in auo materno & alio aſcendente ex linea materna quo tamen vſufructu ipſo iure ſit priuata & non habeat ipſum ipſa mulier ſi tranſiret ad ſecunda nota & dictis casibus quibus non ſuccederet mulier ſiue maſculus aſcendens ex linea materna diſponatur de ſucceſſione talis deſcendentis prout alias diſpoſitum eſt per ſtatuta & ordinamenta communis Mediolani ac ſi prædicti aſcendentes maſculi & fœminæ ex linea matarna non eſſent in rerum natura quibus ſtatutis, & ordinamentis defficientibus ſtetur iuri communi quo enim ſtatuto Excellentisſime Princeps multe & amplisſime dicte veſtre Ciuitatis Mediolani familie obſeruare fuerunt, & deſtructionẽ pœnitus euitaſſe aſſeritur Ideo illuſtrisſime Prin

ceps

ceps nō enim nulla de mente nostra sub duxit obliuio quas & quæ vestre ciuitati Laudæ, & amplissimis ciuitatibus eiusdem familiis destructiones & nota dispendia intulit hactenus illud non habuisse statutum prout de solatio multarum familiarum & agnationum dicte vestræ ciuitatis Laudæ ex illius statuti Carentia proueniens proh dolor luce Clarius manifestat idcirco clementissime Princeps vt pium vestri regiminis debitum circa huiusmodi tam periculosos euentus ciuitatis & tante tantarumque amplissimarum familiarum & agnationum submersionis occasiones tali possint quia operepreciũ est & nomen laudabile Princeps & cōmunitates suas habere subditas supplicatur præfate Illustrissime dominationi vestre quatenus inclita excellētia vestra, per decretum suum statuere & mandare dignetur suprascriptum statutum etiam in hac vestra ciuitate Laudēsi seruari debere & in volumine statutorum dicte vestre ciuitatis Laudæ aggregari & registrari, ac proinde perpetuis temporib. pro lege haberi debere, & inuiolabiliter obseruari hoc etiā addito vbi vero statutum prædictū disponit quod mulier ascendens succedat in vsufructu illius portionis quam habitura esset de iure communi restringatur ad vsumfructū tantummodo quo possit mulier secundum qualitatem commode sustentare ad arbitriū iudicis deducēdis prout etiam cauetur in statuto dicte vestre ciuitatis Mediolani posito sub rubrica de alimentis per maritum constitutis vxori, & hoc quidem intellecto quòd vbi statutum prędictum dicit secundum statuta, & ordinamenta communis Mediolani intelligatur secundum statuta, & ordinamenta communis Laudæ, & vbi dicit vsque ad septimum gradum habeat locum solum vsque ad quartum gradum ex Laudæ die 19. mensis Martij 1463. E. Illust. D. Fidelissimi Seruitores Præsidentes

ſidentes vniuerſis negotiis communis veſtre ciuitatis Laudæ &c. à tergo Illuſtr. Principi & excellentisſimo D. D. noſtro ſingularisſimo. D. Duci Mediolani &c. Papię Anglerieque Comiti ac Cremonæ. D. ¶ Quod ſpectabiles conſiliarij noſtri iuſtitię ipſarum litterarum effectum & præſertim ſtatuti & eiſdem litteris vt ſupra deſcriptionem, & diſpoſitionem cum dicta etiam petita declaratione vſusfructus & diminutione numeri vſque ad quartum gradum, tantum vbi ipſum ſtatutum vſque ad ſeptimum gradum dicit &c. Diligenter conſiderarunt & quoniam indignum vſum non eſt vt ſi ſtatutum prædictum hac in vrbe noſtra Mediolani exiſtit ad Cuius ordinationem conuenerunt Doctores, Procuratores & viri alij plurimi, & magne auctoritatis pariformiter etiam in dicta ciuitate noſtra Laudæ proxima & vicina & cum declarationibus ſiue modifficationibus antedictis vigere debeat & adeſſe conſiderato etiam quòd Vicarius & Locumtenens noſtri Poteſtatis Laudæ cui præfati conſiliarij ſcripſerant vt habitis dictis Præſidentibus, & aliis totidē adiunctis ex maioribus & mediocribus eorum omnium ſuperinde apparére reſcriberet ipſis noſtris conſiliariis reſpondendo reſcripſit per ſuas litteras tenoris infraſcripti videlicet Magnifici & clarisſimi domini poſt humilem condemnationem in executione litterarum dominationum veſtrarum mihi die 29 Inſtantis menſis Martij præſentatarū quarum copiam his incluſam præfatis dominationibus veſtris tranſmitto habui coram me omnes præſidētes negotiis huius ciuitatis Laudæ & totidem adiunctos ex maioribus mediocribus, & inferioribus ciuibus, & re per me in mediū adducta omnes vnamines & nemine diſcrepante dixerunt fore & eſſe benefactum quòd dictum ſtatutum in hac ciuitate Laudæ fieret & ita per magnificas dominationes veſtras

iuxta

iuxta commisſionem dominationibus veſtris factam per Illuſtrisſimum dominum dominum noſtrum petunt fieri debere & ita de ipſorū voluntate magnificentiis veſtris per has inthimare decreui, Data Laudæ die 30. Martij 1463. Earundem. M. V. Leonetus de Camerino Vicarius, & Locumtenes Magnifici domini Poteſtatis Laudæ a tergo Magnificis & clarisſimis dominis Ducalibus de conſilio Iuſtitiæ Mediolani &c. dominis ſuis & benefactoribus ſingularisſimis. ¶ Harum propterea tenore Mandamus Præſidentibus antedictis quatenus ſtatutum, quod cum declarationibus & modificationibus antedictis a modo dicta in ciuitate noſtra Laudæ, & eius dioceſi pro lege ſeruari volumus, decernimus, & declaramus publicari ſono tubę & horis ac in locis conſuetis ita vt ad omnium notitiam peruenire poſſit faciant ac in volumine aliorum ſtatutorum ibidem vigétium ſerioſe deſcribi mandantes pariter Poteſtati eiuſdem noſtræ ciuitatis præſenti, & futuro, ac vniuerſis ad quos ſpectat, & ſpectabit quatenus ſtatutum ipſum & eius diſpoſitionem vt ſupra ſeruent à modo, & inconcuſſe, ac exequantur & ſeruari ac executioni mandari faciant in quorum teſtimonium præſentes fieri iusſimus & regiſtrari noſtriq; ſigilli munimine roborari, Data Med. die 31. Martij. 1464. Franciſcus.

¶ Poſtea anno ſupraſcripto die ſecundo menſe Aprilis Chriſtophonus de Camaga tubator cómunis Laudæ retulit mihi Leonardo de Sachis Canzellario communis Laudę ſe ex parte D. Vicarii & locūtenentis D. Poteſtatis Laudæ, ac dominorum Præſidentium negotiis dicti communis ſe hodie hora & locis conſuetis ſono tube præmiſſo publicaſſe ſupraſcriptum ſtatutum, & omnia ſupraſcripta prout habuit in mandatis.

FINIS.

REGISTRVM.

HVIVS OPERIS.

† a b A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb.

Omnes ſunt quaterniones.

IMPRESSVM LAVDAE,

In Officina Vincentij Taietti, Anno Domini M D LXXXVI. die 21. Iulij.

c.13

38.40

Digitized by Google